



17
14
2
1.
3.
9.
17
1.
2
3.



DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA ⁴⁰
DE ^{1728, 2}

CONTRACTU
VITALITIO,

QUO ANNUI REDITUS AD DIES VITÆ
COMPARANTUR,
QUAM ¹²

SUB PRÆSIDIO DIVINO,
EX DECRETO ET AUTHORITY
ILLUSTRIS ICTORUM ORDINIS,
IN INCLYTA ARGENTINENSIVM
UNIVERSITATE,

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA LEGITIME
CONSEQUENDI,

SOLENNI ERUDITORUM CENSURÆ

subjiciet

LUDOV. CHRISTIAN. NICOLAI,
ARGENTINENS.

ad d. 13 Maj. MD CC XXVIII.

h. l. q. c.

ARGENTORATI, Typis SIMONIS KIRSNERI, Canc. Typ.

ILLUSTRI FACULTATI JURIDICÆ
IN ALMA ARGENTORATENSIVM UNIVERSITATE
VIRIS

*Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis atque
Excellentissimis,*

D O M I N I S

DN. JEREM. EBERHARD. LINCK,
J. U. D. Pandectar. & Juris Publ. P. P. O.
Celeberrimo, Capit. Thom. Canon. & p. t.
Facultat. Jurid. Decano Spectabili.

DN. JOH. HENR. BOECLER,
J. U. D. Codicis & Consuetudin. Feudal. P. P. O.
Seniori, Capituli Thom. Canon. Meritissimo.

DN. JOH. GEORG. SCHERTZ,
J. U. D. Pandect. & Jur. Can. P. P. O. longe
celeberrimo, Capit. Thom. Can. Digniff.

DN. JOH. JACOBO SCHERTZ,
J. U. L. Instit. Imper. P. P. O. Famigeratissimo.

DOMINIS PATRONIS ATQUE PRÆCEPTORIBUS
omni honoris cultu æternum devenerandis,
exiguum hoc profectuum Juridicorum specimen

Solenne perpetuæ observantiæ monumentum


câ quâ decet reverentia

D. D. D.

TANTORUM NOMINUM

Cultor devotissimus

LUDOV. CHRISTIAN. NICOLAI,



B. C. D.
SECTIO I.

Thes. I.



Conservationem sui omnibus hominibus à natura curæ cordique esse, quotidiana satis loquitur experientia. Præterquam enim quod studium sese conservandi humano generi sit congenitum, insuper ex præscripto Legis naturalis ad culturam sui obligatur. (a) Hunc in finem quilibet erga seipsum ita se gerere debet, ut mediis ad conservationem sui facientibus ordinate utatur.

Studium se conservandi à natura hominibus congenitum.

Th. II.

Duplex autem cura gerenda est, & animi & corporis. Mens nimirum notitia Dei sui que ipsius primum imbuenda; cumque toto die videamus animam, si corporis cura negligatur, quam maxime affligi, eamque,

Animi & corporis cura gerenda.

A

si

(a) v. Pufendorf. de off. hom. & Civ. L. 1. Cap. 7, §. 1.

M
I,



si hoc male dispositum, facile languescere, inde sedulo allaborandum, ut mens sana in corpore sano conservetur.

Th, III.

Quomodo
cura Corporis
suscipienda.

Hoc ut fiat, omnia quæ ad sanitatem firmandam atque prorogandam conducunt adhibenda, honestum quoque eligendum vitæ genus, ut vitæ subsidia, quibus corpus debito modo ali possit comparari queant: Electio etenim modi alicujus vivendi temperamento uniuscujusque conformis tranquillitatem animi mirum in modum auget & corroborat; hæc vero felicitatem humanam maxima ex parte absolvit. Quicquid ergo felicitati huic contrarium videtur, id summis avertendum viribus. Ita inter alia tranquillitas animi quammaxime sæpius turbatur rerum mundanarum cura. Sunt, qui de victu quotidiano, imò & de futuro nimis solliciti, adeoque nunquam contenti, felicitati suæ adversi vivunt. Alii de sufficientia vitæ mediiorum non quidem dubitant, satis tranquille viventes, certi tamen de eâ esse cupiunt, ut animi quies eo magis in ipsis confirmetur.

Th, IV.

Transitus ad
propositum
Thema.

Complures hoc nomine optime sibi consuluerunt, *Contractum Vitalitium* ineundo. Hoc enim qui utuntur medio, vel ab alimentorum cura se liberant, vel de certâ pensione ad vitam sibi prospiciunt, ut exinde tanquam ex thesauro perpetuo necessaria vivendi subsidia comparari possint. Et cum avaritiæ sæpissime hoc Contractu obex ponatur, evenit, ut ejusmodi contrahens & Deo & proximo majori cum candore & zelo inservire possit. Indoles hujus Contractus ex sequentibus magis

magis cognoscetur, cum loco Dissertationis Inauguralis hoc Thema discutiendum constituerim. Eo magis autem ex pluribus hæc mihi arrisit materia, partim, quod pauciores sint, qui de illa egerunt, partim, quod circa determinandum verum pretium pro percipiendis alimentis aut rebus vitalibus, tot fere sint sensus quot capita, id quod contrahentibus pariter ac Judicibus haud exiguas creat molestias.

Th. V.

Quandoquidem autem è re sit ante omnia indigitare, quid sub Contractus Vitalitii nomine veniat, primum definitio ejus generalis, quam specialis seu propria excipiet, tradenda venit. Scilicet Contractus Vitalitius in genere consideratus (b) est, quando datur certa quantitas pecuniarum, vel aliud quid, ut donec dans, vel accipiens vel quidam tertius, aut etiam plures vixerint, solvatur ipsi danti, vel certa pensio, vel fructus alicujus prædii, vel eidem præstentur alimenta, ipsa pecunia vel alia re data remanente apud eum, qui illam accepit, atque extincta pensione vel alimentis per mortem. Colligitur ex hac definitione generali, varium esse hunc Contractum Vitalitium, potissimum autem eum respicere vel alimenta, (c) vel pensionem quandam annuam ad dies vitæ,

Definitus
Contractus
vitalitius ge-
neraliter,

A 2

Th.

(b) v. Franc. Cyriacus, Controv. forens I. §. 1.

(c) de Contractu vitalitio per quem alimenta ad dies vitæ comparantur Dissertat. conscripta prostar habita Gießæ-Hall. 1717. Præf. Dn. Imman. Vebero, Respond. Dn. Davide Eschmann.

Th. VI.

Definitio
Contractus
Vitalitii in
sensu spe-
cialiori.

Et hac ultima significatione in sensu specialiori (d) Contractus Vitalitius est Contractus Emptionis venditionis, quo pro certa pecuniæ summa statim numerata emitur jus percipiendi census annuos, regulariter ad dies vitæ Emptoris; unde sequitur, eo mortuo jus illud extinguui, arque sortem seu pretium penes venditorem census vitalitii remanere.

Th. VII.

Etymologia
verborum in
definitione
Contractus
vitalitii oc-
currentium.

Cum autem æque verborum ac ipsius rei rationem habere conveniens sit, Etymologia vocum quarundam in hac definitione occurrentium paucis consideranda & Acceptio voc. vitalitii in LL. civilibus Rom. quantum mihi constat ignoratur, quum tamen usu recepta sit, probabilissimum est, contractum hunc nominari vitalitium, vel à vita (e) quia ad vitam alicujus durat, vel à victu (f) quia illo emi solent redditus in annum victum: Cæterum vitalitium substantive dictum, plures adhuc sortitur significationes, denotat enim in contractu nostro ipsam pensionem annuam ad vitam; aliàs autem dotalium, vel dotarium, *Leibgeding*, *Witzumb* / per id intelligitur, (g) Imo & sub nomine Emphytevsicos temporalis venit vox Vitalitii, (h)

Th. VIII.

(d) v. Stryck. Caut. Contr. S. II. C. I. §. 32.

(e) Molina de Just. & Jur. Disp. 383. §. fin.

(f) Quid in LL. Civ. denotetur per victum v. L. 43. & 44. ff. de V. S.

(g) v. Diether in Thef. Besold. Contin. voc. *Leibgeding*.

(h) v. Blumblacher, de Jur. Emphytevs. Vitalit. & Jure Precatiæ Q. 14.

Br. 2. p. III. 161.

Th. VIII.

Quid vero per census annuos ad vitam intelligatur, discipendiendum. Inter notabiliores voc. Censuum significaciones primas sibi vindicant, quando denotat

Significatio vocis census.

I. Aestimacionem patrimonii, unde qui administrabant hoc munus vocabantur Censores. (i)

II. Ipsum patrimonium atque substantiam bonorum (k)

III. Tributa, Steuern / Schatzungen / (l) quæ dantur, vel in recognitionem domini, ut Canon Emphyteuticus, vel principi, ut census capitis seu Capitatio, (m) nobis das Kopffgeld / & census agrorum seu jugerum, unde jugatio. (n)

Plures adhuc sortitur significaciones vox census, quas vero omnes referre hujus loci non est. (o) Interim in nostro sensu, nomine censuum annuorum ad vitam, venit pensio vitalitia, quæ ex prævio Contractu Emptori à Venditore usque ad ejus obitum quorannis præstanda. Nominantur iidem census annui ad vitam aliâs redditus vitales, redditus annui ad vitam, Gallis (Rentes viagères,)

A 3

(i) L. 2. §. 17. ff. de Or. Jur. & Cicero in 4. Verrina. Quinto quoque anno Sicilia censetur, i. e. Civium numerus initur, eorumque facultates aestimantur.

(k) v. L. 16. pr. ff. ad SCtum Trebell. & L. 27. C. de Episcop. audient. add. Ovid. in fastis. Dar census honores, census amicitias.

(l) Huc illud Matthæi. c. 22. v. 17. Licetne censum Cæsari dare an non? L. 2. C. sine cens vel reliquis &c.

(m) de capitatione v. Klock de arario, & ejusdem Tr. de contributionibus voc. Capitatio.

(n) L. 9. & 10. C. de agricol. & censit. L. 3. ff. de Cens.

(o) Tradiderunt eas Galvianus in Lex. Jurid. voc. Censuum, aliique plures ab eo citati.

res,) Germanis *Leibrenten / Leibgedingzinß*. Reditus annui cur dicantur alii à reddendo derivant, qui propterea hanc vocem per duplex d scribunt e, gr. redditus, (p) verum minus accurate, probabilissimum enim est, quod cum voce census primum venientes, regulariter annuatim redierint, inde annuorum reddituum nomen obtinuerint.

Th. IX.

Origo contractus vitalitii.

His de verborum significatione præmissis, si origo contractus vitalitii spectetur, antiquissimus ille est, ac procul dubio Juri Gentium deberur. (q) Nullum quidem in jure Justiniano hujus contractus legitur exemplum, bene tamen, quod reditus vitales legato constituti fuerint. (r) Sufficit, quod frequens semper fuerit hoc contrahendi genus, id quod pluribus demonstrari posset exemplis, nisi quotidiana id loqueretur experientia.

Th. X.

Justitia Contr. Vital. examinatur.

Discutienda autem merito hic venit quæstio infinitis vexata objectionibus, an nimirum Contractus hujusmodi vitalitius eâ nitatur justitia, ut licito modo in Republica celebrari possit? Accusari potissimum solet usurariæ pravitatis, cum pensiones vitalitiæ regulariter longe superent usuras pretii dati, sæpius enim 8. 16, pro Centum solvi observamus: Huc accedit, quod, (cum evenire possit, ut pensiones perceptæ intervallo aliquot anno-

(p) ut. Gailius Obs. L. II. Obs. 8. 9. 10.

(q) L. 1. §. f. ff. de Contrah. Empt. add. L. 5. ff. de Just. & Jure.

(r) L. 55. Cum Titio ff. ad L. falcid.

annorum superent sortem præstitam) (s) indubitato pro usurario contractu habendus sit. (t) Adhæc verò respondetur, primo reditus vitales non esse usuras, (u) & si quam maxime pro usuris haberentur, nihil tamen subest iniquitatis, majores enim usuræ porrigi solent in casu ubi fors morte creditoris extinguitur, (x) quin imò si pensio Vitalitia non esset major quam usuræ ex sorte solutâ provenientes, eo ipso Contractus non esset injustitiæ macula notaretur, uti ex sequentibus, quando de pretio constituendo ageretur, patefiet. Secundo ambabus largior manibus, quod quidem contingere possit, ut pensiones perceptæ superent quantitatem pretii pro iis percipiendis dati, sed & simul considerandum est, æque facile evenire posse, ut pauciores longe pensiones quam sit pretium ipsum percipiantur. Instas, maximam tamen inæqualitatem in hoc Contractu foveri, quod concedo, si eam, quæ ex postfacto oriri potest, intuearis. Sufficit enim, tempore contractus, æqualitatem inter contrahentes ratione periculi atque spei, quantum fieri potuit, exactissime observatam fuisse. Quod si ergo contingit, ut quis præter opinionem damnum incurrat in actu aliquo, qui tam lucrum quam damnum ipsi afferre potuisset, læsus dici non poterit, uti bene annotavit Gailius. (y)

Th. XI.

(s) e. gr. si soluta summa 100. aur. à 10. pro centum undecimo anno percipiuntur 110.

(t) Molina de J. & J. Disp. 388. n. 1.

(u) v. Thef. 18. S. I.

(x) Conf. Stryck. Cantel. Contr. S. II. C. I. §. 33.

(y) L. II. Obs. 2. n. 3.

Th. XI.

Eadem niti-
tur iustitia
quâ Contra-
ctus Bode-
meriæ aut
Assuratio-
nis.

Neque incertitudo quæ in Contractu Vitalitio occur-
rit, iustitiæ ejus contrariatur: Assimilatur enim facturi s, (z) aut Emptioni spei, (a) quæ omni Jure sustinetur. Imo eodem fundamento nititur quo Contractus Bodemeræ, (b) Galliis, (Contract à la grosse Avantage,) (c) & Assuratio-
nis, (Contract d'Assurance,) (d) in quibus propter incertitudinem eventus & magnitudinem periculorum gravissimæ percipiuntur usuræ. Tanta autem horum Contractuum iustitia semper deprehensa fuit, ut

(z) Gail. l. c. add. L. 12. ff. de Act. Empt. & Stephan, Gratian. Discept. 756. n. 12.

(a) v. Pufend. de J. N. & G. L. V. Cap. V. §. 6.

(b) Quando quis credit pecuniam trans mare vehendam, tum enim ob periculum fortis, quod Creditori subeundum, gravissimæ admittuntur usuræ.

(c) On les appelle à la grosse Avantage, parceque celuy, ou ceux, qui donnent la marchandise ou comptent de l'Argent à la grosse Avantage, courent tout le hazard de la mer & du feu, sil arrivoit à consumer le vaisseau: On l'appelle aussi marchandise ou argent donné à gros profit: On ne donne aucune autre assurance, pour ce qui est donné & compté à la grosse Avantage, que le corps & la quille du navire, qui est la piece de bois la plus au fond, & sur la quelle piece reposent & sont apuyez toutes les principales pieces de la construction du navire, par ainsi la quille en est le commencement, & le fond ou soutien en general, c'est pourquoy on l'estime seule comme hypothequée & affectée, de sorte, que si dans le cours des voyages le navire perit, l'acte ou l'obligation d'engagement est annullée & eceinte, v. Traité du Commerce par M. Defaguliers & Stryck. annot. ad Lauterb. C. J. Tit. de exercitoria actione.

(d) Quando quis periculum mercium per mare transvehendarum in se recipit, ita, ut navi perente assurator præstet pretium mercium peremptarum, eadem vero salva redeunte percipiat usuras maximas seu certum pretium v. L. 5, ff. de Naut. foen. Pufendorff de J. N. & G. L. V. C. 9. §. 2. Stryck. Caut. Contr. S. III. Cap. V. No. 29. & Scaccia de Commert. §. 1. Qu. 1. No. 128. seq.

ut in Gallia, Belgio, Anglia, Italia, imo in universo fere orbe absque ulla difficultate indies adhuc celebrentur. Non negandum contineri in hisce Contractibus speciem aleæ, (e) ast ob hanc rationem non semper improbantur, (f) imprimis si causa justa atque honesta animos contrahentium ab omni fraude alienos comitetur.

Th. XII.

Occurrit præterea & alia objectio, quæ Contractum Vitalitium damnare videtur ex eo capite, quod votum captandæ mortis involvat, utpote LL. Romanis improbatum, (g) nè dicam, quod accidere possit, ut votum hoc effectui detur, insidias alteri fruendo, prouti Surdus (h) exemplum profert cujusdam ab alimentante suo per veneni propinationem necati. Verum quis non deprehendit, vitium hoc nequaquam contractui ipsi, sed maligno contrahentium animo adscribendum esse? Imò si hoc procederet, eodem plane modo justissima illa dispositio, quæ liberis successionem parentum defert, abroganda foret, cum plures perfrictæ frontis liberi parentum mortem sapius in votis habeant, ut ipsis eo citius ad successionem pateat aditus,

Votum captandæ mortis non vitiat Contractum vitalitium.

B

Th. XIII.

- (e) Alea hic significat incertum eventum, ex quo tam emolumentum quam detrimentum nobis æquali facilitate obvenire potest.
 (f) Huc pertinent sponsiones Jur. Civ. permittæ. v. L. 3. ff. de Aleator. Lauterb. Comp. Jur. h. r. & Pufendorff. de I. N. & G. L. V. C. IX. Tit. de contractibus qui aleam continent.
 (g) L. 61. ff. de V. O. & L. f. C. de Pactis.
 (h) De alimentis Tit. 9. qu. 11. no. 30.

Th, XIII,

In quo consistat iustitia Contract. vitalit.

Cæterum cum omnes hæ objectiones iustitiam nostri contractus minime evertant, haud tamen credendum, ac si ea unice consisteret in incertitudine vitæ dubioque eventu, uti plures arbitrantur. (i) Neq̄ enim prius emptio reddituum vitalium iusta nominari poterit, quam si æqualis sit utrique contrahentium & metus amittendi, & spes lucrandi, quod fit, si pretium ad pensiones annuas iuste proportionatum constituitur, de quibus suo loco. Interim non negandum incertitudine eventus quædam sæpius licita reddi, quæ alias forsan permissa haud forent. (k) Corroboratur porro Contractus Vitalitii æquitas LL. Juris tam Civilis quam Canonici, similes Contractuum species e. gr. Precarias approbantibus. (l)

Th, XIV.

Contractus Vitalitius à multis dissuadetur,

His tamen non obstantibus, sunt, à quibus contractus noster iustissimus licet, omni tamen dissuadetur modo, (m) idque

- (i) V. Steph. Gratian. Discept. for. Cap. 756. no. 1. Surdus, de aliment. Tit. 9. qu. 11. n. 2. ubi assertit, & Theologos & Ictos ob incertitudinem vitæ ementis, eventumque dubium, hoc contrahendi genus iustificare.
- (k) Ita donationes inter Coniuges regulariter prohibitz; sunt tamen permissa, quæ mortis causa donantur. L. 9. §. 2. ff. de donat. inter vir. & uxor.
- (l) C. 10. qu. 2. c. 2. §. si economus & cap. 4. Precariz. Clement. I. de reb. Eccles. non alienandis. in qua verum Contractus vitalitii ex exemplum occurrit add. Novell. 7. cap. IV. & L. 14. C. de SS. Ecclesiis.
- (m) v. Covarruv. var. Resolut. L. III. c. VII. §. 4. et Lather de Censu L. III. c. XXIII. §. 7. qui Scipionem Amirat. L. III Dissert. Polit. in Tacitum Discursu 8. sequenti modo de contractu nostro iudicantem adducit: Nostis, ait, temporibus consuetudo viget, ut Princeps pecuniam conquirere cupientes per ministros nummulatios pecuniam à privatis accipiant, redditum vero dantibus, constituent octo auz scaqui

idque ob maximum, qui illo committi solet, abusum: Ansam enim præberi dicunt, ut, qui de sufficientia bonorum ad dies vitæ certi, Epicureorum more vivant, otio atque voluptatibus vacantes, regulis tam honestatis quam pietatis contrariantur. Atque hujus rei luculenta profant exempla in Italia, ubi contractus vitalitii Montium Pieratis nomine venientes (quos vero multi Montes Impieratis nominant,) (n) frequentissimi usus sunt.

Th. XV.

Hæc omnia tamen non efficiunt, ut totalis hujus Contractus dissuasio sufficienti jure fundata dici possit. Itidem enim hic cernimus, vitia ex parte contrahentium, non ipsius Contractus esse, quibus in Republica bene ordinata Judicum prudentia facile obviam itur. Imo exinde sequeretur, perversos hominum mores huic prohibitioni causam dantes, pluribus senectute gravatis ac probitate conspicuis, quorum unicuique votum Contractus Vitalitius, sæpius nocumento esse, id quod nullo jure probatum legimus. Satis de his, ordo nunc jubet, ut in definitionem contractus nostri accuratior quædam inquisitio suscipiatur.

Argumenta
dissuasivæ
haud sunt
sufficientia.

B 2

Th. XVI.

sesqui octo pro centenis nummis, quoad accipiens vixerit, plurimique probant, id maximo Principis emolumento cedere: à quâ tamen opinione ego semper longissime abfui, propterea quod certi reditus indubie diminuuntur, accepta vero pecunia facillime dilabitur, & raro ad tales contractus Principes, nisi in extremis necessitatibus deveniunt.

- (n) Conf. Klock de ærario L. II. C. 20. §. 6, sqq. & Lather de Censu L. III. C. 23. §. 12. add. Stryck, Caut. Contract. S. II, C. I. §. 33. Allegati hi authores asserunt, metretices, lenones, infimæque sortis homines non tantum publice ex iis victum habere, sed & multis inavitati privilegiis.

Th. XVI.

Contractus
noster vitali-
tius vera est
Emptio Ven-
ditio.

Retuli hunc Contractum Vitalitium ad Contra-
ctum Emptionis Venditionis (o) ex eo capite quod
nulla ei desint requisita, quæ veram emptionem vendi-
tionem absolvunt. Ingens est adversariorum numerus
diversas amplectentium sententias, id quod ex sequen-
tibus magis patefiet. Non quidem de validitate pretii
in hoc contractu dubitatur, ast circa rem quæ vendi
debet, eo major lis est. Objicitur enim, quod nihil
in Emptorem per contractum vitalitium transferatur, (p)
cum nec vendentis persona, nec fundus super quo redi-
tus vitales constituti, nec ipsa pensio annua, utpote
quæ in pecunia consistit vendita dici possit: Sed re-
spondetur, hoc contractu emi jus seu facultatem perci-
piendi pensionem annuam ad vitam: Quod enim jura
licite vendi possint, id cuius notissimum; (q) hæc au-
tem pecunia æstimari toto die videmus. (r) Fluit
exinde Emptorem census annui ad vitam nominari
Dominum census, den Zins Herren; (s) inde vendi-
tor hujus juris illud idem in alterum transferre amplius
non valet. Quod si insuper jus percipiendi reditus
vitales materialiter consideretur, omnino mercis rati-
onem habet, immobilibus enim annumeratur. (t)
Huc

(o) v. Thef. præced. 6.

(p) v. Gailius L. II. Obs. VII. n. 4. & Frantzkius var. Resol. L. I. resol. 4.
n. 63.

(q) L. 34. §. 1. ff. de Contrah. Empt. Vend.

(r) Covarruv. var. Resol. L. III. cap. VII. n. 2.

(s) Frantzkius var. Resol. L. I. resol. 2. n. 8.

(t) v. Gail. L. II. Obs. 10. & Stephan. Gratian. Disput. forens. cap. 756.
B. 20.

Huc accedit, quod, cum sub emptionem cadere possint res quæ sperantur, e. gr. jactus retis, captus avium, partus futuri, (u) cur pensiones vitalitiæ futuræ non sustinerentur? Imo harum rerum venditio præsens & pura est, cum loco rei ipsa spes, quæ emptionem sustinet, empta sit. (x)

Th. XVII.

Regeti porro solet, quod contra naturam pecunia & Emptionis venditionis sit pecuniâ pecuniam emere, cum enim ea aliarum rerum non sui ipsius sit æstimatio, inde fieri, ut in nostro Contractu manifestissime usus pecuniæ invertatur. Verum tollitur hæc objectio considerando, quod pecunia non tanquam merx ematur, sed tanquam jus certo pretio æstimatum, ut antea traditum, plane uti alia jura incorporalia e. gr. ICtio, jus percipiendi tributum emuntur & venduntur: (y) Cæterum quod plures pensiones minores unicâ majori æstimari, ac proinde emi possint non est, de quo dubitari debeat, cum & ipsum Jus Justinianicum curatoribus permittat ex pecuniis minorum annuos redditus pecuniarios emere. (z)

An pecuniâ
emi possit
pecuniâ?

Th. XVIII.

Cum igitur evictum sit Contractum Vitalitium veram esse Emptionem Venditionem, paucis inquirere liceat

An Contractum
vital. ad me-
trum refe-
rendus sit.

B 3

liceat

(u) L. 8. ff. de Contrah. Empr.

(x) v. Leg. citat. & Stryck Dissert. de eventu in Contractibus n. 92.

(y) Covarruv. var. Resol. L. III. C. VII. n. 3.

(z) Novell. 72. ut hi qui obligat. se habere perhib. C. VII. §. Licetbit &c.

liceat, quo jure à pluribus alii contractus generi adnumeretur. Sunt, qui ad materiam usurarum atque ad contractum mutui simpliciter eundem referre solent, (a) Alii distinguunt inter censum vitalitium realem & personalem; (b) si prior emptus, poterit juxta eorum mentem ejusmodi contractus Emptionis Venditionis nomine venire, quodsi vero personalis tantum constitutus fuerit, nihil eum prorsus à mutuo differre arbitrantur. (c) Accedit quod vulgares annui reditus empti non nisi pro palliatis usuris habendi. (d) Fateor, neutri contractuum nostram contrahendi methodum propius accedere, ac ipsi mutuo, quum tamen variis modis quammaxime ab eo differat, nullis commoveor rationibus, ut hanc illorum sententiam amplecter. Diversitas autem in hisce potissimum consistit, I. quod mutuum detur vel gratuito, vel ob usuras promissas: (e) atqui Contractus vitalitius nec est gratuitus, nec reditus annui ad vitam sunt usuræ, (f) Ergo ibi nec est mutuum. II. In mutuo principalis obligatio versatur circa sortem restituendam, accessoria saltem circa præstandas usuras, verum in nostro Contractu principalis obligatio consistit in solvenda pensione vitalitia, nec amplius quicquam de sorte restituendum, id quod naturæ mutui contrariatur. (h) III. Cum Em-

- (a) v. Pufendorff, de J. N. & G. L. V. C. X, §. 5. in fin. Stryck. Caut. Contr. S. II. C. I. §. 33.
 (b) Distinctio hæc traditur infra Thes. 23. S. I.
 (c) Frantzkius var. Resol. L. I. Resol. I. n. 58, 59. & 63.
 (d) Frantzkius l. c. L. I. Resol. I. n. 67. & Res. II, n. 61. Scaccia de Commercio. §. 1. Qu. VII P. I. n. 25.
 (e) Gail. L. II. Obl. V. n. 1.
 (f) Covarruv. var. Resol. L. III. C. VII. n. 2. ubi & multas Contract. Vital. à mutuo differentias subnectit, Gail. L. II, Obl. V, II, n. 6. & 7;
 (g) Pufendorff de L. N. & G. L. V. C. X, n. 5.

Emtio] annuorum redituum ob varias differentias (h) jam à Contractu mutui separetur, multo magis census vitalitii, utpote ab illis maxime distantes à mutuo distinguendi erunt,

Th. XIX.

Contractui innominato do ut des, nonnulli quoque contractum Censu vitalitii adscribere, (i) verum minus accurate, cur enim pro Contractu Innominato habendus, si vera Emptio venditio, adeoque nominatus deprehensus fuerit, (k) Neque vero subtilitatis argui debet, aut negligenda ipsa hæc controversia, cum Jure Civili in Contractibus innominatis pœnitentiæ locus sit ex parte ejus, qui contractui satisfecit, quamdiu alter suas non adimplevit partes, (l) id quod secus in Emptione venditione: Non quidem inficias ibo, posse Contractibus Innominatis, (m) e. gr. Permutatione reditus vitales comparari, sed eo ipso formaliter à nostro Contractu receditur.

An contractui innominato do ut des, accensendus Contractus Vitalis

Th. XX.

Imo hoc modo & pluribus aliis titulis vel quovis pacto pensio vitalitia constitui poterit; Sic census annuus ad vitam in stipulationem deductos fuisse in LL. Romanis

Pluribus Titulis reditus vitales comparari possunt.

(h) Novell. 160. Cap. 1.

(i) Stephan Gravian. Discept. forens. C. 756. no. 14.

(k) v. Thef. præced. 16.

(l) L. 5. pr. & §. 1. ff. de Condiçt. caus. dat. caus. non secus.

(m) Si scilicet res mobiles vel immobiles egr. fundus vel etiam res incorporales, ut servitus, lctio, pro jure reditus vitales percipiendi alteri relinquuntur,

manis reperitur, (n) Quod per legata quoque jus percipiendi censum vitalitium sæpius obtineatur, jam supra annotatum fuit, (o) & hæres quidem regulariter à Testatore eo gravari solet. (p) Caterum mediante donatione complures redivitibus annuis usque ad ipsorum obitum gaudere toto die cernimus, (q)

Th. XXI.

Per Lotarias sæpe constituuntur redditus vitales.

Neque vero silentio prætereundum, Lotarias seu Ollas fortunæ ex meris redivitibus vitalibus constantes sæpius erigi, ex quibus pro pretio illis imposito secundum fortunæ favorem schedæ extrahuntur, vel inanes, vel quibus inscriptæ sunt summæ certarum pensionum Vitalitarum, quovis anno usque ad dies vitæ extrahentium à Lotariæ fundatoribus solvendarum. Instituuntur autem tales Lotariæ ut plurimum ab universo quodam corpore, v. gr. Civitate, nec est, ut de earum justitia dubitetur, (r) si alias æquis nitantur conditionibus, (s) quicquid in contrarium objiciant, qui ollas fortunæ é Republicis bene ordinatis exulare suadent.

Th. XXII.

(n) §. 3. I. de V. O. L. §. 4. ff. h. t.

(o) v. supra Thes. 9.

(p) L. 5. ff. de ann. legat.

(q) L. 34. §. 4. C. de Donation: Ita Rex Christianissimus maximam erga Officiales emeritos exercet liberalitatem, largas sæpe pensiones vitalitias ipsis gratiose conferendo. Eodem modo etiam vitalitia à Principe vel Magistratu aliis personis [quæ vel ob senectutem vel ob debilitas vires officio suo amplius fungi nequeunt, item viduis, liberisque superstitionibus] frequenter concedi solent: Huc pertinent die Leibgeding wohlverdienter Amtleute, Diether in Contin. Thesaur. Besold. v. Leibgeding.

(r) v. Pufendorff. de J. N. & G. L. V. C. 9. §. 7.

(s) Ita in Belgio 1709. hujusmodi Lotaria constans ex meris redivitibus vitali-

Th. XXII.

Transitus nunc faciendus ad Personas Contractum Vitalitium incuntes. Contrahere autem hoc modo valent regulariter omnes, qui contrahendo se obligare possunt, liberamque rerum suarum habent administrationem. Interim tamen observare licet, eos potissimum Contract. Vital. celebrare, qui ex usuris ordinariis sufficientem non habent victum & amictum, & quorum bona ob deficientiam liberorum aliâs hæredibus extraneis, aut (ut vernacula dicimus,) *lachenden Erben* obvenirent. Ille igitur qui pensionem vitalitiam mediante hoc Contractu sibi comparat, vocatur Emptor vitalitii, Emptor reddituum vitalium, alias etiam Censitor. (t) Emptores autem esse possunt vel unicus, vel plures, de quo tamen plura dicenda occurrent, ubi de duratione hujus contractus sermo erit. (u) Qui vero jus percipiendi pensionem annuam vitalem vendunt, nominantur Venditores Vitalitii, vel Censuarii. (x) Sunt

Quinam
Contr. vitalit.
inire possint.

C

hæ

talibus erecta est; descriptionem ejus v. dans le Mercure Historique & Politique 1709. du mois d'Avril. Leurs hautes Puissances ont établi une Loterie en Rentes à vie, qui est fort avantageuse: Elle consiste en 8000. Billets de 250. L. chacun, ce qui fait en tout 2000000. Livres. Il y a 300. Prix & 6700. Billets blancs. Ces derniers porteront six pour cent d'intérêt à ceux, qui les auront mis, & cela pour toute leur vie. A l'égard des Prix, il y en a 2. de 3000. L. de rente chacun, 4. de 2000. L. 4. de 1000. L. 8. de 500. L. 14. de 250. L. 30. de 150. L. 30. de 100. L. 1208. de 50. L. de Rente. Ce qui fait 1300. Lots & 69240. Livres de Rentes viagères. On vient d'établir une nouvelle Loterie de Rentes viagères à Londres, dont la description se trouve dans la Gazette d'Utrecht du 20. Fevr. 1728.

(t) v. Frantzkius var. Resol. L. I. Ref. I. n. 51. & 52. & Resol. VII. n. 1. & 2.

(u) v. Thef. 25. S. I.

(x) v. Frantzkius l. c.

hæ personæ, vel publicæ, ut Princeps, vel privatæ, vel denique mysticæ, ut Civitas, (y) Fiscus, Ecclesiæ, Collegia religiosa, Hospitalia, (z) piæ domus, aliaque integra Collegia (a) & Corpora.

Th. XXIII.

An medicus cum ægrotō possit Contractum vitalium inire.

Hac occasione non immerito quæstio movetur, an nimirum medicus cum ægrotō Contractum Vitalitium inire possit? Hunc in finem distinguendum esse arbitror, an medicus ægrotō vendere velit pensionem vitalitiam usque ad ejus obitum, an vero ipse ab eodem emere. Venditionem reddituum vitalium eidem interdictam esse debere, non una fundatur ratione, imo ea multò minus permittenda, quam pactum medici pro salute, quod tamen LL. Civilibus improbatum (b) esse communiter concludunt DD: Hoc enim Medicus spe insignis honorarii salutem ægri quovis adhuc modo promovere studet, illo vero casu, prout probitas ejus minor, ex ægri morte accelerata multo sese locupletiolem reddere valet. Ne dicam metum concussionis ibidem quoque præsumi, atque ipsam contractum aliquot justitiæ requisitis destitutum esse. An vero redditus vitales emere liceat medico ab ægrotō, magis est dubii: Analogia textuum allegatorum in negati-


- (y) Ita magistratus Amstelodamensis consideratis ementium ætatil us 1672. vendidit redditus annuos ad vitam.
 (z) In Gallia Hospitalibus saltem licet contractus vitalitios inire v. Act. Erud. 1688. p. 86.
 (a) En France il est deffendu aux Communautés de prendre de l'argent à rentes Viagereres.
 (b) L. 9. C. de Profess. & med, l. 3. ff. de Extraord. Cognit.

gatavam inclinare commendat; verumenimvero, si pretium atque census vitalitii iusto constituti fuerint modo, insuper adhibeantur testes de libera ægri voluntate testantes, æquissimum est, medicos b. f. agentes, prout alios, ad emptionem reddituum vitalium admittendos esse; Cæterum dubium adhuc moveri posset, an medicus vendere possit annuos redditus ad vitam iis, qui ipsi curam sanitatis suæ commiserunt, nec est, ut ambigatur, neque enim de fide aut probitate medicorum regulariter est dubitandum, cum omnis præsumatur bonus, donec probatum sit contrarium.

Th. XXIV.

Objectum Contractus vitalitii, utut in aliis Emptionibus & Venditionibus, versatur circa mercem & pretium. Mercis autem nomine veniunt census vitales, pro certo pretio ad dies vitæ Emptoris comparati. Difficilis pariter ac proluxa est Censuum materia, diversaque eorum divisio: Hinc cum de Censu vitalitio saltem sermo mihi sit, divisiones unice eidem convenientes afferre liceat, ut de ejus natura atque differentia ab aliis censibus eo melius constare possit. Compendii autem & majoris facilitatis gratia sequentem formavi Tabulam, cujus ope censuum Vitalitiorum qualitas primo intuitu optime perspicere poterit.

Inquiretur in
qualitatem
census vitali-
tiii.



Patet ex hac Tabula. inter alias divisiones, census Vitalitios esse vel pecuniarios vel fructuarios. Regulariter tamen in Con-

(c) v. L. f. C. de rerum permut. & præscript. verb.

(d) L. i. ff. de Condition. & demonstrat.

(e) Plures hujus generis divisiones vid. apud Frantzkiium var. Resolut. L. i. resol. 1.

Contractu nostro pecuniarios esse sapius indigitatum, quamvis non negaverim, posse etiam eodem Contractu fructuarios comparari.

Th. XXV.

Ceterum non immerito quaestioni locus esse poterit, quamdiu hi census praestandi? Durant autem illi regulariter ad dies vitae Emptoris, nec ultra, idque sive census sit personalis, realis aut mixtus: Quod si autem contingeret, venditorem vitalitii ante Emptorem vita decedere, tunc haeres ipsius teneretur stare Contractui, atque pensiones debito modo solvere, succedit enim in omnia defuncti jura, tam passiva, quam activa, (f) imo cum eo pro una persona habetur. (g) Neque interest, quantum ad haec, quis succedat, sive sit Princeps, fiscus, sive Ecclesia, aut aliquod Collegium.

Quamdiu
reditus vita-
les praestandi.

Th. XXVI.

Haecenus de unico Emptore dictum fuit, quid autem juris, si maritus & uxor, pater & filii, fratres, aut alii plures conjunctim Censu vitalitios emerint. Ratione termini ad quem reditus vitales praestandi, nihil in tali casu occurrit difficultatis, cum regulariter ad vitam ultimi superstitis contrahentium constitui solear. Verum cui portiones decedentium obveniant, an reliquis Coemptoribus, an vero venditori, majoris est dubii: Hic ante omnia verba Contractus inspicienda, an coemptores

Quid si plu-
res emerint
census vita-
les?

C 3

(f) L. 37. ff. de Acquir. vel omittenda hered. L. 49. ff. de O & A. L. 1.
2 3. ff. de Bon Possess. L. 59. & 177. ff. de Reg. Jur. &c.
(g) v. Novell. 48. par. f.

re litus vitales emerint in solidum, tumque ad ultimum superflitem darant pro indiviso. (h) Quodsi autem nihil hac de re in Contractu dispositum sit, tum partes deficientium ordinarie venditor lucratur.

Neque enim ullo jure reliqui cõemptores, eorum, qui obierunt, portiones sibi vindicare poterunt, præprimis cum Jus accrescendi in Contractibus non obtineat, (i) Quisque enim pacto in quemcunque eventum sibi prospicere potuisset, quod si non fecerit, sibi imputet: Interim tamen frequentissime videmus, in Constitutionibus reddituum Vitalium jus accrescendi introduci. (k) Aliter autem res se habet, si pluribus conjunctim legati fuerint redditus vitales, cum enim inter legatarios juri accrescendi locus sit, portiones demortuorum secundum regulas illius Juris reliquis superviventibus accrescent.

Th. XXVII,

An pensiones
vitalitiz tran-
seant ad hæ-
redes,

Ex his omnibus facile colligi potest, pensiones vitalitias, quippe regulariter ad personas Emptorum restrictas, nunquam ad earum hæredes continuari. Verumenimvero, cum redditus vitales sint redditus annui,

ab

(h) v. Gail. L. II. Obs. VIII. n. 4.

(i) Lauterb. Comp. Jur. Tit. delegat. add. Stephan. Grat. Discept. Forens. Cap. 756. n. 57.

(k) ita Ludovicus M. illud observari jussit in Tontina, Gallis Tontine, nommée de son inventeur Laurent Tonti, Italien. Cette Tontine consiste en 1400000 Livres de Rentes Viageres, que le Roy a créées sur la maison de Ville de Paris, par Edit du 2. Decembre 1689. Ces rentes sont à fonds perdu, & assignées sur les Aides, les Gabelles & les cinq grosses fermes & constituées gratuitement devant notaires, sur un pied proportionné à l'age des Rentiers, de qui l'on a vu l'Ex-

ab initio anni solvendi, si emptor paulo post tempus solutionis, nach dem Zinstage/ decesserit, annon hæredibus eorum pensionem pro integro eo annojam solutam retinere licebit? Cum certe in his pensionibus ad vitam saltem Emptori prospiciatur, non illius hæredibus; præterea obligatio Venditoris non ultra dies vitæ Emptoris, uti verba Contractus monstrant, extendenda sit, æquitatis ratio postulat, ut in tali casu pensio illius anni jam soluta pro rata temporis inter hæredes Emptoris & Venditorem dividatur, ita quidem ut iis pars pensionis usque ad defuncti obitum debita, huic vero residuum obveniat. (1) Quodsi aurem legati sint

l'Extrait Baptistere, & qui sont diviséz en 14. Classes, & dont les survivans héritent des morts, de sorte, que le dernier, qui demeure d'une Classe recoit seul le revenu du Capital des rentes de sa Classe: La 1. Classe, est des enfans depuis leur naissance jus qu'a cinq ans accomplis; La seconde de cinq ans à dix, la troisieme jus qu'a quinze etc. la 14. & dernière Classe de 65. ans jus qu'a 70. & au dessus. On paye les rentiers de la 3. & 4. au den. 18. ceux de la 5. & 6. au den. 16. ceux de la 7. & 8. au den. 14. ceux de la 9. & 10. au den. 12. les Rentiers de l' 11. & de la 12. sur le pied du den. 10. & l'on donne à ceux de la 13. & 14. au den. 8.

On a fait de jolis vaudevilles sur la Tontine: dont en voicy un.

Enfin je ne me plaindray plus

De l'Etoile qui me domine

Il me reste encore cent écus

Que je vais mettre à la Tontine

O la charmante invention

Sans avoir du Dieu Mars essuié les orages

Sans avoir fatigué la cour de mes hommages

Je seray sur l'Etat, & j'auray pension.

Ces rentes viagères subsistent encore, & subsisteront j'usqu'au décès du dernier rentier.

(1) v. Covarruv. var Resol. L. 1. C. XV. n. 7. conf. Carpov. Jurispr. forens. Part. III. Constit. XVI. Defin. 4. ubi ex communi Juris dispositione hoc procedere arbitratur, extendit enim ille L. 7. ff. Solut. ^{matru:}

sint annui reditus ad vitam, aliud obtinere docent LL. Civiles; (m) ibi enim pensiones ultimi anni pleno jure hæredibus legatarii acquiruntur.

Th. XXVIII.

Quomodo
reditus vita-
les cedi pos-
sint.

Cæterum an ab Emptore cedi possint reditus Vitales, hinc inde controvertitur. Non quidem affirmaverim, jus percipiendi pensiones vitalitias ita in alterum transferri posse, ut Venditor Cessionarii personam, etiamsi ejusdem cum cedente sit ætatis assumere, atque ipsi ad ejus obitum pensiones præstare teneatur: Interim tamen nihil obstat, quo minus facultas percipiendi reditus vitales ab Emptore quoad dies vitæ suæ alteri concedi possit, plane uti usufructuarius non prohibetur, utilitatem usufructus, quam diu vivit, aliis communicare. (n)

Th. XXIX.

Qualitas pre-
tium examina-
tur.

Exposita hætenus Censuum Vitalitiorum natura, quomodo pretium pro iis solvendum comparatum esse debeat, paucis examinandum: Equidem ad substantiam Emptionis Venditionis non requiritur, ut pretium

matrim: ad omnes casus, ubi jus possessoris simili modo solvitur, & ita judicatum refert, Inmassen dann auch bemeldte Erben von denen Zinsen / so der Testator auf sein Leben an sich gebracht sich ihres Antheils pro rata temporis und als er der Testator noch gelebet / unangesehen er geraume Zeit vor dem Zinstage gestorben / an Inmassen wohl befugt seyn.

(m) L. 5. 22. ff. de ann. legat.

(n) L. 12. §. 2. L. 67. ff. de usufr. add. Lauterbachii. Comp. Jur. Tit. de Hæred. & act. vend.

tium præcise justum sit, (o) cum quisque regulariter conditionem suam & meliorem & deteriorem reddere valeat, interim tamen pretii justitia quam maxime se commendat: Mearum ergo erit partium, ut, quomodo pretium erga pensiones ad dies vitæ percipiendas proportionatum esse debeat, exponam; eâ quidem ratione, ut tempore Contractus æqualis sit ex utraque parte contrahentium conditio, neuterque læsus dici possit. Variæ variorum in hac materia sunt ICtorum opiniones,

Th. XXX.

Et primo quidem, cum pretium legale, h. e. Ad quid attendendum in determinando justæ pretio. quod Principis vel Superioris lege definitum, regulariter justum præsumatur, (p) non immerito attendendum, annon ordinationes seu statuta hunc in finem promulgata sint, iis enim extantibus, utrique contrahentium jam consultum erit, cum rationes inter pensiones & pretia ipsa lege jam determinatæ sint; (q) his vero deficientibus, justæ consuetudini in similibus casibus à diuturno tempore observatæ standum esse non absque fundamento asseritur. (r) Tandem vero optimum refugium censetur arbitrium judicis, virive prudentis, aut communis hominum æstimatio. (s) Plura autem

D circa

- (o) Lauterbachii Colleg. Theor. Pract. Tit. de Contrah. Empt. §. 53.
 (p) v. Lauterb. Coll. Theol. Pract. Tit. de Contrah. Empt. §. 54.
 (q) Ita in Hispania ex Constitutione regia Philippi II. de An. 1583. taxatum erat tale pretium ad rationem unius pro septem, prout tra dit Frantzkius var. Resol. Lib. I. resol. II. n. 95.
 (r) L. 6. ff. de Evict. add. Gail. L. II. Obs. VIII. n. 9.
 (s) v. Scaccia Tr. de Commerc. §. 1. Qu. I. n. 298. Covarruy, var. Resol. L. III. C. IX. n. 7. add. L. 63. pt. ff. ad L. falcid.

circæ hanc consideranda occurrunt: Habenda enim est ratio ætatis, (t) valetudinis, (u) vivendi generis, (x) aliarumque circumstantiarum, quæ vitam vel prorogare vel abbreviare solent. (y) His omnibus probe perpensis, tandem de justitia pretii concludi poterit, quod quidem secundum Medinam (z) ita comparatum esse debet, ut, si homini prudenti daretur optio, ad unum de duobus eligendum, puta jus percipiendi e. gr. decem per singulos annos vitæ illius Emptoris, aut pretium in promptu datum, & animus illius esset ad unum vel alterum eligendum indifferens, illud demum dicendum esset pretium justum illius vitalitii, ex præsumpta æqualitate inter pretium & rem.

Th. XXXI.

Variæ recensentur opiniones circa rationem pretii erga pensiones vitalitias.

Qualis autem ratio pro justa habenda sit inter pensiones vitalitias & verum pretium, ex dissentientium Ictorum opinionibus vix determinari poterit.

Covar-

- (t) Ita cui, ut D. Hieronymus, ad Furium Lib. 2. Epistol. 19. ait, caput jam incanuit, tremunt genua, dentes cadunt, frons ob senium rugis arata, vicina est mors, ei inquam, pensio vitalitias major construenda est pro eodem pretio, quam juniori. add. L. §. 10. ff. de Transactionibus.
- (u) Sic morbidus, infirmus, aut heceticus, quamvis junior, robusto non æquiparandus in comparandis redditibus vitalibus, add. L. mod. cit.
- (x) Ita qui pluribus periculis expositi sunt, uti milites, nautæ, pro eodem pretio majori censu vitalitio gaudere debent, ac illi, quorum magis secunda est vitæ conditio.
- (y) E. gr. si quis crapulæ, potui, luxuriæ deditus sit, aut animo non tranquillo crucietur.
- (z) in suis Tractat. Tom. II. Tit. de reb. per usur. acquis. Qu. 14. fol. 100. vers. alius modus, junctis vers. præced. Col. 6. 7. 8. &c.

Covarruvias (a) frequentissime hos redditus constitui tradit ad rat. 1. ad 8. Stephan. Gratian. (b) arbitratur 12. pro Centum justam esse computandi methodum: Scaccia (c) æquissimos censet redditus 30. pro Centum, seu ut 1. ad $3\frac{1}{2}$. emptore existente nonagenario aut infirmo: Molinaeus, (d) prolatis multorum opinionibus, rat. 1. ad 6. 8. 9. &c. adprobantium, tandem subnectit suam, nimirum 1. ad 10. quam ab Emptore mediocris ætatis (f) observandam commendat, adductis plurius argumentis lectu dignissimis. Amplexi sunt eandem sententiam Gailius, (g) aliique plures. Cæterum quid faciendum sit in casu, si duo ad vitam suam emant redditus vitales, puta vir & uxor, aut duo fratres, vel socii, idem docet Molinaeus. (h) Si nimirum ambo mediocris sint ætatis, distinguendum arbitratur, an simpliciter, an vero in solidum emerint: Si simpliciter, hoc est quisque pro sua persona, tum census vitales pro eodem pretio emi debebunt, ac si unicus esset Emptor, ita tamen, ut morte unius pro dimidia parte cessent, morte alterius in totum finiantur. Si in solidum emerint, nimis modicum censet pretium in ratione 10. ad 1., hinc augendum putat ad rationem 12. ad 1.,

D 2

vel

(a) var. Resolut. L III, C. IX. n. 7.

(b) Discept. forens. Cap. 756. n. 38.

(c) de Commerc. P. I. §. I. Qu. I. n. 298.

(d) Tract. Commerc. & usurar. qu. 72. pr.

(e) l. c. n. 474.

(f) Mediocre ætatem vocat eam, quæ est à trigesimo anno usque ad quadragimum in masculo, & paulo minori tempore in femina. l. c.

(g) L. II. Obs. VIII. n. 1. ubi & rat. 1. ad. 12. in certo casu adprobat.

(h) In Tr. de Commerc. & usur. qu. 72. n. 480.

vel circiter, nisi ambo essent infirmioris valetudinis aut
 ætatis provectioris, (i)

Molinæ opi-
 nio magis ad
 veritatem ac-
 cedit, quam
 aliorum.

Th. XXXII.

Inter omnes tamen hætenus citatos auctores, nul-
 lus præter Molinam (k) propius ad veram pretii deter-
 minationem accessit: attendendum esse ait, ad ultimum
 terminum ad quem quisque naturaliter perventurus præ-
 sumitur, sumendo dimidium annorum, qui sunt à die
 in quo vitalitium incipit, usque ad terminum illum,
 ita, ut pretium justum sit, quod in quantitate adæquet pen-
 siones omnium illorum annorum. (l) Sed nec hæc ac-
 curatæ computationis nomen meretur, Emptorem e-
 nim in tali casu ordinarie læsum esse cuivis cognoscere
 licet, cum nullus omnino habeatur respectus usurarum,
 quas venditor ex pretio statim soluto interea lucratur.

Th. XXXII.

(i) Simili fere modo in Anglia auspicio Regiæ Annæ constituti sunt re-
 ditus vitales. v. le Mercure Historique & Politique de 1704, du mois
 de Mars: la Reine se rendit au Parlement, où Elle donna son con-
 sentement Royal à quelques actes publics: Celuy pour acquiescer des
 Rentes viagères ne fut pas plutôt consenti, qu'en moins de deux
 heures, il y eut des signatures pour plus de dix mille livres Sterling.
 Le lendemain il y en eut pour plus de deux cent mille, & peu après
 le fonds fut entièrement rempli. Voicy les Conditions. Pour a-
 voir dix Livres Sterling par an, on a payé pour deux vies 110. L. sterl.
 pour une vie 90. L. st. pour trois vies 120. L. & pour avoir quatorze
 L. sterl. par an, pour 99. ans on a payé 210. L. St. Le fonds rempli est
 de 1200000. Livres Sterling.

(k) De Justit. & Jur. Tom. II. Disp. 388. n. 5 & 199.

(l) E. gr. Si, qui 66 ann. complevit, præsumatur adhuc vivere 10. ann.
 hoc casu sumitur dimidium = 5. ann. qui multiplicati per pensio-
 nem annuam e. gr. 100 fac, 500. pro quantitate pretii.

Th. XXXIII.

Cæterum silentio haud prætereundum, complures Plures in hac materia L. 68. ff ad L. falcid. sequendam esse statuunt.
 ICTorum (m) pretium in Contractu vitalitio determinandum suadere secundum cujusvis probabilem vitæ terminum, in Lege 68. Hæreditatum. ff. ad L. falcid; (n) definitum: Imo sunt, qui hujus Legis regulam in quibuscunque controversiis aut contractibus obtinere asserunt, quoties scil. agitur de vita hominis taxanda, (o) Utrum sufficientibus id contendant rationibus, ex proba Legis inspectione patefiet. Rationes quibus nituntur ad adstruendam ipsorum opinionem sunt. I. quod in casibus hujusmodi incertis, necesse sit, formare generalem taxationem aut determinationem, qualis est d. l. II. Quod ea ipsa haud consideranda, ac si ei nec addi nec demi possit, sed tanquam regula, quæ mediante æquitate Legali, judicisque prudentia, ad quemcunque casum obvium temperanda. III. Justitiam hujus Legis inclarescere contèndunt ex eo, quod ICTus semper medium probabile inter extremum majus, quod est totum verosimile tempus vitæ hominis, & extremum minus, seu immaturam & anticipatam mortem secutus fuerit.

D 3

Th, XXXIV.

(m) v. Stryck Caut Contr. S. II. C. I. §. 33. Scacc. de Commert. P. I. §. I. Qu. I. n. 298.

(n) Ultima hujus Legis verba, utpote admodum peculiaria, non immerito hic inferenda, & ita se habent. Solitum est tamen, à prima ætate usq; ad annum trigessimum computationem annorum triginta fieri: ab annis vero triginta, tot annorum computationem inire, quor ad annum sexagesimum deesse videntur: nunquam ergo amplius quam triginta annorum computatio initur.

(o) Surd. de alim. Tit. IX. Qu. XI. n. 36. Stephan. Grat. Disf. forens. C. 756. n. 29.

Th, XXXIV.

Refellitur eo-
rum opinio.

Verumenimvero egregie falluntur, qui ex hac L. probabilitatem vitæ humanæ metiri conantur: (p) non enim in ea dicitur, quod, qui 35. annos natus est, præsumatur adhuc vivere 25. annos, nec ultra, aut quod juvenis 15. ann. adhuc expectet 30. ann: sed id saltem intendit d. l. ut modus aliquis constituatur pro æstimandis legatis alimentorum & usufructus. Imo ex d. l. inferri posset, puero 6, 12, 16. annorum, æqualem cum eo qui 28. aut 29. ann. complevit, fore probabilem vitæ terminum, id quod ab humano ratiocinio aliquantum discrepat. Accedit, quod hæc disconvenientia in applicatione hujus Legis ad Contract. Vital. inæquales prorsus paritura esset effectus, cum puero pariter atque adulto fere triginta annorum pro æquali pretio æquales quoque obvenirent reditus vitales, (q) Cæterum inæqualem quoque proportionem servat hæc Lex inter hæredem & Legatarios. (r) Quodsi igitur à d. l. ad nostrum Contractum valeret consequentia, necessario vel Emptor vel Venditor vitalitii damnum incurreret. Cum vero hoc idem justitiæ pretii in Contract. Vitalit. contrarietur, concludendum necessario; d. l. 68. ad nostros casus minime referri posse: Alia igitur adhibenda methodus, quem in finem meam qualemcunque opinionem circa justam proportionem pretii ad reditus annuos ad vitam, hic subnectere liceat.

SECTIO

(p) v. Franzkius var. Resol. L. I. res. II. n. 103.

(q) Covarruv. var. Resolut. L. III. C. IX. n. 8.

(r) Quodsi enim homini 20. usque 30. annor. item alii cuidam 50. aut circiter annor. legata sint alimenta, in illo casu justo major, in hoc justo minor erit legatorum æstimatorio, facta secundum dictam L. 68. add. Molinæus de Commerc. & usur. Qu. 72. n. 4764

SECTIO II.

Th. I.

CUm fundamenti loco ponendus sit probabilis vitæ terminus Emptoris, reditus hujusmodi vitales sibi comparantis, pauca quædam de vera supputatione longævitatæ humanæ præmittenda. Et primo quidem, cum Deus O. M. author vitæ, mortisque arbiter, ob infinitas rationes, maxima ex parte nobis saluberrimas, notitiam horæ nostræ fatalis sibi met ipsi reservârit, non est, ut aliquam certitudinem ea de pronuntiare audeamus. (s) His ita comparatis, palam erit, intellectui hominis nonnisi conjecturas ad diurnitatem vitæ nostræ æstimandam relictas esse.

Hominibus nonnisi conjecturæ relictæ sunt pro diurnitate vitæ æstimanda.

Th. II.

Sunt, qui annos climactericos, uti vocant, præcipue considerantes, ex eorum imminencia vel transgressu de cujuscunque ætate futura judicare conantur. Mearum non est partium, in fundamenta harum prædictionum inquirendo, de earum veritate decidere. Illi sane, qui in septenario, aut novenario aliisque numeris mysticis, mytheria quærunt, non nisi superfluarum cogitationum edunt specimina. Quicquid sit, toto die cognoscere licet, quemvis annum cuivis esse climactericum, atque annum mortis esse annum climactericum indubitissimum.

Ex annis climactericis nonnulli probabilitatem vitæ humanæ metiri conantur.

Th. III.

(s) Imprimis cum quotidiana experientia verum esse doceat illud Horatii.

Mixta senum ac juvenum densantur funera, nullum
Saxa caput Proserpina fugit.

Th. III.

Medicorum
atque Mathe-
maticorum
est, de pro-
babilitate vi-
tæ humanæ
judicare.

Cæterum fateor, sententias medicorum ex ætate præfenti, sanitate, temperamento, prospera vel adversa fortuna comitante, de longævitate alicujus judicantium, merito omnibus aliis præferendas; relicta tamen quædam sunt Mathematicis non spernenda, quæ faciunt ad æstimandum probabilem vitæ terminum in genere. Mathematicorum autem mentionem dum facio, non intelligo Astrologos, (Die Nativität = Steller/) aliosve hujus farinae homines, qui olim Titulo mathematicorum insigniti, (t) artem divinatoriam exercendo miseram plebem defraudabant. Erat autem pestiferum istud hominum genus inter alia quammaxime occupatum in determinanda humanæ vitæ duratione, imo ludicra hæc ars tantum coepit incrementi, ut, qui tum temporis, Geomantiæ, Astrologiæ, Chiromantiæ, Physiognomiæ imperitus erat, vix eruditi nomen obtineret. Explosis itaque abjectis istis scientiis, moderni mathematici, quales Jurisprudentia Justiniana semper fovit, imò juribus ac privilegiis condecoravit, (u) prorsus aliam artem divinatoriam, solidis fundamentis superstructam, invenere: Artem Conjectandi loquor, ab Hugenio, Bernoulliis, aliisque egregie excultam.

Th. IV.

(t) v. Tit. C. de maleficis & mathematicis & cæteris similibus.

(u) v. Elegant. Dissert. de Juribus Mathematicorum DN. Joh. Frider. Vveidleri, Mathes. Prof. Publ. in Academia VVitteberg. Basileæ habita An. 1727. d. 24. Mart.

Th. IV.

Tradit ea præcepta metiendi probabilitates rerum, quantum fieri potest accuratissime, ut in judiciis, actionibusque nostris semper eligere possimus id, quod tutius consultiusque à nobis deprehensum fuerit, (x) Ipsa hæc ars, uti in omni vitæ genere utilissima, ita nec in Jurisprudencia usum suum denegat. Fundamentum hujus scientiæ brevissimis tradidit Hugenius (y) atque Bernoulli, (z) in sequenti regula: *Multiplicetur id, quod singulis casibus evenit, per numerum casuum, quibus unumquodque evenire deprehenditur, summaque productorum dividatur per summam omnium casuum, quotiens ostendet, quid probabiliter eventurum sit, sive denotabit valorem expectationis, seu gradum probabilitatis quesita.* His præmissis, quomodo modus conjectandi circa probabilem vitæ terminum instituendus sit, ex sequentibus apparebit.

Quid sit ars
conjectandi,
& quibus fun-
damentis ai-
tatur.

Th. V.

Et primo quidem, cum observationes demortuorum requirantur, quibus calculus hic superstrui possit, eas, cum aliæ deficient, adducere liceat, quas Dn. Bernoulli (a) ex collatione plurium Catalogorum, quales Parisiis & Londini mensuatim vel hebdomatim distribui solent, invenit, scilicet, quod

Calculus de-
ducitur ex
observationi-
bus demortu-
orum.

E

Ex

- (x) Dn. Bernoulli in Tract. de arte conjectandi Part. IV. Cap. M.
(y) In Diatriba de ratiociniis in ludo alex. Prop. 1. 2. 3. &c.
(z) In annotat. ad Propos. modo citat.
(a) In Dissert. de convers. & opposit. Enunciation. annexo 31. ex Ephemerid. Erud. Gall. An. 1666.

Ex centum infantibus eodem tempore natis

Elapsis	{	VI Ann. remaneant	64	decefferint	36
		XVI - - - - -	40	- - - - -	24
		XXVI - - - - -	25	- - - - -	15
		XXXVI - - - - -	16	- - - - -	9
		XLVI - - - - -	10	- - - - -	6
		LVI - - - - -	6	- - - - -	4
		LXVI - - - - -	3	- - - - -	3
		LXXVI - - - - -	1	- - - - -	2
		LXXXVI - - - - -	0	- - - - -	1

Ex hisce observationibus sequenti modo inferendum, pro determinanda ætate media (b) infantis recens nati. (c) Comprehenditur hic infans vel inter illos 36, qui elapsis VI. ann. decefferunt, vel inter eos 24, qui moriuntur intra annum VI. & XVI. &c. vel tandem erit ille unus, qui moritur intra annum LXXVI. & LXXXVI. Constat igitur, 36 esse casus, ut moriatur intra primum sexennium, h. e. ut probabiliter adhuc vivat 3. annos, (cum enim supponendum sit, infantem singulis hujus sexennii momenti æquali facilitate mori posse, neque observationes ad singulos annos se extendant, præsumendum est, illum tertio anno tanquam tempore medio moriturum.) Sunt porro alii 24. casus, inter quos contineri potest, ut decedat intra annum VI. & XVI. h. e. ut probabiliter adhuc vivat 11 annos, (sex an-

- (b) Dicitur ætas media, s. Expectatio, quod quis expectet medium aliquod inter ætatem summam & infimam: Per expectationem enim hic denotatur intermedium quidpiam inter optimum, quod speramus, & pessimum, quod metuimus: ita egr. qui 4 habet casus ad lucrandum, 9. & 2 casus ad lucr. 6 non dicitur expectare 9 sed 8, v: Hugens. de ratiocin. in ludo alex. Prop. III.
- (c) v. Nicol, Bernoulli. Dissert. de usu artis conjectandi in Jure, Cap. II.

nos enim cum jam transgressus sit, præsumitur adhuc vivere quinque annos, quod est dimidium decenni idque ab rationem modo traditam.) Et hoc modo in sequentibus decenniis semper assumitur eorum dimidium. Item 15, alii sunt casus, ut vivat 21. ann. & ita porro. Valet ergo infantis recens nati expectatio per regulam supra traditam

$$(36, 3) + 24, 11) + 15, 21) + 9, 31) + 6, 41) + 4, 51) + 3, 61) + 2, 71) + 1, 81): 100 = 1822: 100 = 18\frac{11}{50} \text{ ann.}$$

Ita qui quinquaginta sex annos natus est, dicitur expectare (3, 5) + 2, 15) + 1, 25): $6 = \frac{70}{6} = 11\frac{2}{3} \text{ ann.}$

Th. VI.

Compendiosiori tamen calculo eadem ætates, ordine retrogrado inveniuntur, e. gr. Si inveneris, cum qui 76. ann. natus est, expectare quinque annos, facile determinabis ætatem mediam illius, qui 66 est annorum, arguendo: Ille qui complevit 66. ann. duos habet casus, ut moriatur intra proximum decennium, & unum, ut perveniat ad annum 76; quo casu, ultra decem annos, quos certo habet, adhuc expectat 5 ann. = Expectationi hominis 76 ann. Ergo ætas media ejus est $2, 5) + 1, 10 + 5 = \frac{25}{3} = 8\frac{1}{3}$: Simili

Suppeditatur calculus compendiosior.

modo infantis recens nati expectatio secundum hunc calculum breviorum valet $36, 3) + 64, 6 + 20\frac{25}{32}$

$= \frac{1822}{100} = 18\frac{11}{50}$. Calculo ergo ducto secundum methodum traditam apparebit

E 2

Hominis

Recens nati ætatem mediam seu Expectationem esse		
Hominis	VI annorum	18 $\frac{11}{30}$
	XVI	20 $\frac{1}{2}$
	XXVI	20 $\frac{1}{4}$
	XXXVI	19 $\frac{2}{3}$
	XLVI	17 $\frac{1}{2}$
	LVI	15
	LXVI	11 $\frac{2}{3}$
	LXXVI	8 $\frac{2}{3}$
	LXXXVI	5

Th. VII.

Quomodo autem determinari possit ætas media eorum, qui versantur inter annos 0, 6, 16, 26, &c. sequenti modo exhibetur. In supputanda scilicet ætate alicujus 20 annor. considerandum, quod secundum traditas observationes ex 40 juvenibus 16 annor. intra decem annos sequentes moriantur 15; ergo si supponatur, hos 15 singulis hujus decennii momentis æquali facilitate morti obnoxios, elapsis quatuor annis constabit decessisse 6, & 9 reliqui morientur intra reliquos sex annos: Ita fiet, ut post annum vigesimum adhuc supersint 34: jam autem 9 sunt casus, ut juvenis 20 annorum moriatur intra 6 annos, 25 alii, ut perveniat ad annum 26, quo casu non tantum 6 ann. certo transgreditur, sed & insuper sperare potest 19 $\frac{2}{3}$ ann. = ætati med. hom. 26 ann.

Sequitur ergo, ejus expectationem esse

$$\frac{9, 3) + 25, 6 + 19 \frac{2}{3}}{34} = \frac{662}{34} = 19 \frac{8}{17}$$

Siml.

Similiter qui 24 annos complevit, expectat

$$\frac{3, 1) + 25, 2 + 19 \frac{2}{3}}{28} = \frac{538}{28} = 19 \frac{3}{14}$$

Et qui 30 est annor, expectationem suam æstimat

$$\frac{5 \frac{2}{3}, 3) + 16, 6 + 17 \frac{1}{2}}{21 \frac{2}{3}} = 18 \frac{35}{107}$$

Th. VIII.

Neque tamen *Ætas hæc media s. Expectatio*, cuius definitio supra tradita, (d) confundenda est cum *ætate probabilissima*. Quando enim dicitur, infantem expectare $18 \frac{1}{50}$ ann., non credendum, ac si inter plures infantes tot superent $18 \frac{1}{50}$ annos, quot infra illos decedunt: Duplo enim fere probabilius est, infantem prius moriturum, cum ex centum infantibus post $18 \frac{1}{50}$ ann. vix supersint 37. Differentiam *ætatis mediæ seu Expectationis*, & *ætatis probabilissimæ*, optime cognoscere licet ex exemplo supra adducto, (e) qui enim 4 casus habet ad lucr. 9 & 2 cas. ad lucr. 6 dicitur expectare 8, quamvis probabilius sit, illum 9 obtenturum.

Ætas media differt ab ætate probabilissima.

Th. IX.

Pro determinanda autem *ætate probabilissima*, cuiuslibet hominis, e. g. infantis, sic procedendum: Quarendum scil. intra quot annos dimidia pars infantum,

Quomodo determinetur ætas probabilissima.

E 3

(d) Thef. j. S. II. in Notæ

(e) l. e.

tum, h. e. ex centum 50 obeunt. Et quidem juxta observationes supra traditas, annotatum est, intra sexennium 36 decedere, intra proxime sequens decennium 24, cum autem hi numeri jam excedant 50, sic ratiocinandum: 24 decedunt intra decennium, intra quodnam tempus obeunt 14, (tot enim additi illis 36 efficiunt dimidium seu 50,) & inveniuntur anni $5\frac{5}{6}$, cum vero 6 primos annos jam certo habeat, provenient $11\frac{5}{6}$ pro ætate probabilissima infantis recens nati. Et dicto modo inveni

	Recens nati ætatem probabilissimam esse	II	$\frac{5}{6}$
Hominis	VI annor.	21	$\frac{1}{6}$
	XVI	31	$\frac{1}{6}$
	XXVI	41	$\frac{1}{6}$
	XXXVI	51	$\frac{1}{6}$
	XLVI	59	$\frac{1}{6}$
	LVI	66	$\frac{1}{6}$
	LXVI	73	$\frac{1}{6}$
	LXXVI	81	$\frac{1}{6}$
	LXXXVI	86	$\frac{1}{6}$

Constare poterit ex hac Tabula differentia ætatis mediæ & probabilissimæ, Usus autem totius calculi de supputanda longævitate humanâ quammaxime sese exercit in constitutionibus (f) aut Lotariis redituum vitæ alium erigendis, ubi iis, qui ratione ætatis in diversas collocantur classes, etiam diversæ pensiones annuæ ad vitam constituendæ sunt.

Th. X.

(f) qualis est Tontina, de qua dictum S. I. Th. 27, in Not.

Th. X.

Caterum observationes supra traditas quod attinet, illæ ubique non eadem inveniuntur: Neque enim credendum, ac si quovis in loco inter 100 infantes eodem tempore natos, idem numerus intra ætates recensitas remaneret aut decederet. Certissimum enim est, secundum diversas regiones, earumque climata, cujusvis ætatis homines, vel ad provectiorem vel minorem ætatem pervenire: Ita Dⁿ. Bernoulli ex observat, in Helvetia factis invenit. (g)

Observationes supra tradite variant pro varietate locorum.

Expectationem	}	Infantis recens nati esse	- -	27	annor
		Ejus qui V annos complevit	38	- - - -	
		- - - X	- - - -	37	
		- - - XV	- - - -	33	
		- - - XX	- - - -	30	
		- - - XXV	- - - -	27	
		- - - XXX	- - - -	25	
		- - - XXXV	- - - -	22	
		- - - XL	- - - -	20	
		- - - XLV	- - - -	18	
		- - - L	- - - -	15	
		- - - LV	- - - -	12	
		- - - LX	- - - -	10	
		- - - LXV	- - - -	8	
		- - - LXX	- - - -	7	
- - - LXXV	- - - -	5			
- - - LXXX	- - - -	4			
- - - LXXXV	- - - -	3			

(g) v. Differt, cit. Cap. II.

Notabilis certe intercedit differentia inter hanc, prioremque observationem, & quamvis mediam quandam inter has duas constituendam diceres, ea tamen pro univetsali quadam observatione supponi haud posset: Ut igitur ubique quantum fieri potest exactissime in determinanda probabilitate vitæ humanæ procedi possit, ex Albis demortuorum conferendo aliquot mille ætates, observationes fieri poterunt, secundum quas ope calculi traditi, deinceps in expectationem vel ætatem probabilissimam quorumvis, inquisitio instituenta. Interim instar hypothesis inservient observationes ex Catalogo Paris, & Londin. conflata, cum aliis careamus, eo sine saltem, ut appareat, quomodo iis utendum sit. Atque hæc de supputando probabili vitæ termino tradidisse sufficiat, utilitatem ejus in subsequenti- bus demonstraturus.

Th. XI.

Agitur hic de
computando
justo pretio
in Contractu
vitali,

Transitus nunc faciendus ad aliam computationem, ope cujus, quanta sit pretii in Contractu Vitalitio pro percipiendis redditibus annuis ad vitam æquissima quantitas, investiganda. Et primo quidem, cum constet, pensiones annuas superare debere usuras ordinarias ob sortem perditam, sequitur, ut, (cum usuræ ordinariæ cujusvis anni insufficientes sint pro solvenda pensione annua singulorum annorum,) id quod deest, sorti detrahendum sit, quo fit, ut fors cujusvis pensionis solutione, atque adeo quovis anno sentiat decrementum: Sors ergo justa dici non poterit, quam, si ea cum usuris, pensionibus singulis annis dicto modo detractis, post præterlapsos tot annos ad quos contractus

tractus constitutus est, prorsus exhausta sit. Quem in finem quærenda regula, juxta quam determinari possit ratio quovis casu habenda, inter fortem annuasque pensiones. Methodum hujus calculi subministravit DN. Nicolaus Bernoulli, (h) qui, cum ad hanc materiam quam maxime utilis, imo necessarius sit, in compendio hic exhibendus est, paucis quibusdam vel additis, vel mutatis.

Th. XII.

Arithmetica vulgari supputationem instituire animus fuisset, nisi operatio ista prolixa nimis, tædiofa pariter ac difficilis foret. Quamobrem, ut appareat, quomodo calculo literali procedendum, supponatur

Calculo literali supputatio instituentur.

fors quærenda = S , pensio annua = p , numerus annorum in quibus pensio solvenda = n , sitque ratio fortis ad fortem auctam usura primi anni, ut 1 ad m , vel positus usuris quincuncibus, (i) ut 1 ad $1\frac{1}{2}$, hinc valor ipsius $m = \frac{2R}{R}$.

Sors ergo aucta usurâ primi anni = Sm
 detracta pensione prima = p remanet $Sm - p$

hoc residuum auctum usura sua, h. e., multiplic. per m & detract. pens. $p = Sm^2 - pm - p$

Rursus multipl. per m & detrahendo p supererit $Sm^3 - pm^2 - pm - p$

Continuando hanc operationem $Sm^4 - pm^3 - pm^2 - pm - p$
 F Ita

(h) Differt. cit. p. 29. C. IV.

(i) Quales à Ludov. M. constitutæ sunt Edicto de Ann. 1665 in senatu summo Parisiensi verificato: add. Recess. Deput. de Ann. 1600. §. 152. Et. viel nun & Recess. 1654. §. 174. Unreichend die künftige Zinse.



Ita post quintum annum remanebit

$$Sm^5 = pm^4 - pm^3 - pm^2 - pm - p$$

Tandem post ultimum annum, qui lit n notatur, erit

$$Sm^n = pm^{n-1} - pm^{n-2} - pm^{n-3} - pm^{n-4} - \dots - p = 0$$

Patet hinc

$$Sm^n = pm^{n-1} + pm^{n-2} + pm^{n-3} + pm^{n-4} + \dots + p$$

Et cum hæc series sit progressio Geometrica, erit, ut ex Problemate 27. *Analys. Wolsfian.*

videre licet $Sm^n = \frac{pm^{n-1} - p}{m - 1} + pm^{n-2}$

$$\text{Adeoque } Sm^n = \frac{pm^n - p}{m - 1}$$

Et dividendo utrinq; per m^n $S = \left(\frac{pm^n - p}{m - 1} \right) : m^n$

Substituendo valorem ipsius

$$m = \frac{21}{20} \quad \text{erit} \quad S = \left(\frac{p \frac{21^n}{20^n} - p}{\frac{1}{20}} \right) : \frac{21^n}{20^n}$$

Et hæc erit formula inserviens pro invenienda sorte, per quam qualibet pensiones ad quemvis annorum numerum emuntur,

Th. XIII.

Exempla hujus calculi.

Ut igitur exemplis res fiat clarius, compendii causa adhibendi sunt Logarithmi, ad evitandam prolixam potentiarum altiorum investigationem per numeros vulgares: Cujuscunque enim numeri ad potentiam cujus index n elevati Logarithmus habetur, multiplicando Loga-

Logarithmum numeri dati per valorem ipsius n . Ita, si qui quadraginta sex annos natus est, pensionem annuam = 1 ad vitam emere velit, patet, ut supra inventum fuit, (k) ejus ætatem mediam seu expectationem esse 15 annorum.

Ergo pretium erit ad rationem unius; $\left(\frac{\frac{21}{20}^{15} - 1}{\frac{1}{20}}\right) : \frac{21}{20}^{15}$

Factis nunc iis, quæ expressio hæc indicat, definita apparebit pretii quantitas

Logar. $\frac{21}{20} = 0,0211893$ hic multipl. per 15 dat

Log. $\frac{21}{20}^{15} = 0,3178395 = \frac{207893}{1000000}$

Subtracta unitate re-

stabit $\frac{21}{20}^{15} - 1 = \frac{107893}{1000000}$

Et residuo hoc multi-

plicato per 20, erit $\frac{\frac{21}{20}^{15} - 1}{\frac{1}{20}} = \frac{2157860}{1000000}$

Deinde divis. per $\frac{21}{20}$ = $\frac{207893}{1000000}$ patebit

Sortem inferendam = 10 $\frac{37966}{1000000}$

Colligitur ex hoc exemplo, existente

Pensione annua	{	1 sortem esse	10 $\frac{37966}{1000000}$
		100 - - -	1037 $\frac{966}{1000000}$
		1000 - - -	10379 $\frac{66}{1000000}$
		100000 - -	1037966

F 2

Th. XIV.

(k) v. Thef. 6. S. II.

Th. XIV.

Tabula tra-
ditur pro in-
veniendi for-
te in Contr.
vitalit.

Et hoc modo integra Tabula sequens eâ, quâ licuit, exactitudine supputata exhibetur, ita quidem, ut constituendo pensionem annuam = 100000 pretium, pensionis e. gr. per 8 annos solvendæ = 6. 46321 h. e. in ratione unius ad $6 \frac{46321}{100000}$. Ideo vero pensio annua adeo magna constituta est, ut evitando majores fractiones, quam proxime ad veritatem accederem, quamvis non negandum, in operatione per Logarithmos, semper aliquid minimi, quod vero facile corrigi potest, vel deesse, vel superesse.

TABU-

pro
t

Ann

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25

TABULA

pro invenienda forte s. pretio in Contract. Vitalit. Pensione annua existente 100000.

Ann	Pret.	Ann	Pret.	Ann	Pret.	Ann	Pret.
1	0.95238	26	14.37518	51	18.33898	76	19.50950
2	1.85941	27	14.64303	52	18.41807	77	19.53285
3	2.72325	28	14.89812	53	18.49340	78	19.55510
4	3.54595	29	15.14107	54	18.56515	79	19.57628
5	4.32948	30	15.37244	55	18.63347	80	19.59646
6	5.07569	31	15.59281	56	18.69855	81	19.61568
7	5.78637	32	15.80268	57	18.76052	82	19.63398
8	6.46321	33	16.00255	58	18.81954	83	19.65141
9	7.10782	34	16.19291	59	18.87575	84	19.66801
10	7.72173	35	16.37415	60	18.92929	85	19.68382
11	8.30641	36	16.54685	61	18.98028	86	19.69887
12	8.86325	37	16.71129	62	19.02883	87	19.71321
13	9.39357	38	16.86789	63	19.07508	88	19.72687
14	9.89864	39	17.01704	64	19.11890	89	19.73987
15	10.37966	40	17.15909	65	19.16107	90	19.75226
16	10.83777	41	17.29437	66	19.20101	91	19.76405
17	11.27406	42	17.42320	67	19.23907	92	19.77539
18	11.68948	43	17.54591	68	19.27530	93	19.78599
19	12.08532	44	17.66277	69	19.30981	94	19.79618
20	12.46221	45	17.77407	70	19.34268	95	19.80589
21	12.82115	46	17.88006	71	19.37398	96	19.81513
22	13.16300	47	17.98102	72	19.40379	97	19.82394
23	13.48858	48	18.07716	73	19.43217	98	19.83232
24	13.79864	49	18.16872	74	19.45920	99	19.84031
25	14.09394	50	18.25592	75	19.48497	100	19.84790

Th. XV.

Bernoulliana
hujus Tabel-
læ applicatio.

Ufus hujus Tabulæ varius esse potest, & primo quidem tradendum, quomodo Dn. Nicolaus Bernoulli eam ad determinandum pretium in Contractu Vitalitio applicuerit. (l) Oportet ait, invenire pretia in singulos annos, quos quilibet homo vivere potest, eademque per singulos facilitatis casus multiplicare, summamque omnium productorum, per numerum omnium casuum dividere: Exemplo illustrat hanc regulam, investigando, quantum pretium juveni sedecim annorum solvendum foret pro percipienda pensione annua ad vitam = 100000: hunc in finem fundat sese iterum in observationibus Th. V. traditis, argumentando: 15 sunt casus, ut juvenis sedecim annorum moriatur inter XVI & XXVI ann. h. e. primo decennio, 9 alii casus, ut decedat secundo decennio, 6 casus, ut tertio, 4, ut quarto, 3, ut quinto, 2, ut sexto, & 1. casus ut septimo: si contingeret ipsum moriturum primo decennio, pretium justum foret 4, 55653, quod est medium arithmeticum inter omnia pretia decem annorum. (m) Ratio vero, cur sumatur medium arithmeticum, neque potius pretium quinque annorum, sequens est, partim, quoniam juvenis talis singulis decenniis annis æque facile morti obnoxius est, partim, quia pretia non in eadem proportione crescunt cum annis. Si porro moriturus esset secundo decennio, pro pretio justo computandum foret medium

(l) Dissert. cit p. 33.

(m) Invenitur illud, addendo decem pretia primi decenniis, summamque dividendo per 10.

dium arithmet. inter pret. 2^{ti} decenni, h. e. ab 11, 12, usque 20 annos inclusive = 10. 51904. Si tertio decennio, fors iusta futura esset med. Arithmet. inter fortes tertii decenni = 14. 17951, si quarto = 16. 42673 si quinto = 17. 80632, si sexto 18. 65326, si septimo = 19. 17320. Patet ergo, juveni 16 annor. valorem pretii pro percipienda pensione annua ad vitam = 100000 taxandum esse [15, 4. 55653) + 9, 10. 51904) + 6, 14. 17951) + 4, 16. 42673) + 3, 17. 80632) + 2, 18. 65326) + 1, 19. 17320]: 40 = (4. 2370197): 40 = 10. 59255. Hoc unicum exemplum de hacce procedendi methodo satis nos edocet. Laudanda certe ob ingenii acumen Bernoulliana hæc computandi ratio, an autem ea in praxi locum habere possit, partim ob defectum huiusmodi observationum, quales à Dn. Bernoulli supponuntur, partim etiam ob ipsius calculi subtilitatem quammaxime dubito.

Th. XVI.

Qua ratione igitur in communi vita pretium s: fors pro percipienda certa pensione annua ad vitam definiri debeat, ita, ut nec Venditor nec Emptor vitalitii ab initio Contractus læsus dici possit, duplici constituendi modo absolvam. Et priori quidem modo, pretium in Contractu Vitalitio determinandum vel juxta expectationem seu ætatem mediam, (n) vel etiam secundum ætatem probabilissimam Emptoris reddituum vitalium: Qui duo termini etsi sæpius diversi sint, (o) in neutra tamen contrahentium parte

Duplex est
modus defini-
endi pretium
in Contractu
Vital. juxta
computatam
Tabulam.

I, modus.

(n) v. Thef. 5, S. II, in Not.

(o) Thef. 8, S. II.

parte producant læsionem, cum primo arbitrio eorum subjaceat electio horum terminorum, secundo æqualis sit inter Emptorem & Venditorem tam metus perdendi, quam spes lucrandi, id quod justitiam hujus contractus fere absolvit. (p) Contrahentes igitur ætatem mediam aut ætatem probabilissimam, vel ex observationibus quovis in loco factis, (q) vel iis deficientibus secundum sententiam Medici (r) aut arbitrium viri prudentis ad certos constituent annos, ut juxta eum annorum numerum fors determinari queat. Ita egr. expectatio aut ætas probabilissima juxta observat. supra traditas (s) ejus, qui septuaginta sex annos natus est, æquat 5 annos. Supposito itaque, quod redditus annuos ad vitam = 100 sibi comparare velit, apparebit ex Tabula, pretium inferendum esse = $432 \frac{948}{1000}$. Si pensio annua constitu-

enda foret = 1000 fors = $4329 \frac{48}{100}$ &c. Quodsi vero eidem pensionem egr. 250 aut aliam quamvis ad dies vitæ emere placeret, valor sortis facillime invenitur ope regulae Trium, inferendo 100000 per quinquennium valent 432948, quot 250, & patebit sortem esse $1082 \frac{37}{100}$. Vice versa cognoscitur, qualem pensionem obtenturus sit ille idem, si summam quandam v. gr. 8000 pro sorte constituere velit; idque iterum ope Regulae Trium nam

432948 100000 quot 8000

& obveniet ipsi pensio annua æqualis 1847 $\frac{345044}{432948}$

Et

(p) v. Thef. 13. S. I.

(q) Thef. 6 & 9. S. II.

(r) Thef. 10. S. II.

(s) Thef. 3. S. II.

Et hoc modo ad quemvis annorum numerum operatio institui poterit.

Th. XVII.

In secundo modo fors definitur respectu habito ad ætatem summam. Determinatur nimirum ultimus terminus, ad quem Emptor reddituum vitalium, naturaliter pervenire potest, idque vel calculo super pluribus observationibus fundato, vel ut supra jam monui, consilio medico. Expresso hoc annorum numero, ad quos Emptor vitalitii ad summum perventurus præsumitur, cum singulis intra hoc tempus annis æquali facilitate morti obnoxius sit, medium arithmeticum inter singula pretia, unius, duorum, trium, &c. usque ad dictum annum ætatis summæ pro vero pretio reddituum vitalium æstimandum erit, (t) Ita e. gr. supponam hominis septuaginta sex annos nati ætatem summam seu ultimum terminum, ad quem naturaliter pervenire possit, esse 100 ann. Si pensionem annuam ad vitam = 100 sibi comparare vellet, valor pretii pro ea solvendi æqualis esset medio Arithmetico inter singula pretia decem annorum = $455 \frac{6 \frac{3}{4}}{10000}$. (u) Sic, si alia quævis pensio e. gr. 250 constituenda esset, iterum mediante Regula Trium (inferendo 100000 valent 455653, quot 250) deregitur valor veri ejus pretii = $1139 \frac{8 \frac{3}{4}}{10000}$. Similiter, si ab eodem Emptore solveretur fors = 8000, pensio annua ad vitam sorti proportionata manifestatur tali modo,

G

Pro

Traditur II.
modus.

(t) adde rationem in med. Th. 15. S. II. traditam:

(u) Jovenitur illud med. Arithm. prorsus ut in Thes. mod. cit. dictum est,

Pro 455653 datur pensio annua ad vitam = 10000, qualis
 datur pro 8000; & inveniatur illam esse 1755 ³²⁸⁸⁸₄₅₅₆₅₃.
 Ex hisce exemplis clarissime, ut opinor, patefiet, qua ra-
 tione dato quovis annorum numero, aut qualibet pensio-
 ne, circa determinandam sortem procedendum sit,

Th. XVIII.

Usus calculi
 traditi multi-
 plex esse po-
 test.

Cæterum notandum, posse secundum hosce modos,
 si alimenta ad dies vitæ pro certo pretio emanantur, eorum
 qualitatem secundum proportionem pensionum vitalitaria-
 rum ad sortem optime decerni: Inservit insuper supputata,
 qualis tradita est Tabula, pro computandis legatis annuis,
 usufructu, solutionibus per terminos faciendis, (*in Ter-
 mins weiß Bezahlungen* /) item quomodo ex legato
 annuo ad vitam quarta falcidia detrahenda sit, (x) &
 cæteris similibus.

(x) Quam materiam erudite excussit Consultiff. DN, VVieger. J. V. D. &
 Phil. Pract. P. P. in Dissertat. de modo computandi quartam Falcidi-
 am. Argent. An. 1721.

SECTIO III.

Th. I.

Cum non sufficiat scire, quomodo Contrahentes juste ac legitime Contractum vitalitium celebrare debeant, verum etiam, quibus modis jus quod in Contractu nobis obvenit persequendum sit, pauca quædam de iis dicendi hic nascitur materia: notum est, emptione & venditione legitime perfecta poenitentia locum non esse, ut per consequens nec Emptor nec Venditor altero invito à Contractu resilire, aut ipsi jus (y) quæsitum auferre possit. Et hoc idem in Contractu vitalitio obtinere dubio caret. Quum igitur hujusmodi Contractui ex utraque contrahentium parte standum, pro evitando damno pariter, atque vario tædio, opus erit, nosse media, quibus alterum ad partes suas adimplendas adstringere poterimus: sunt vero ea non nisi actiones pro diversitate contractuum diversæ, atque à LL. Civilibus contrahentibus suppeditatæ.

Media nobis cognita esse debent, quibus Jura persequimur.

Th. II.

Ita in Contractu vitalitio tanquam in Empt. Vendit. dabitur Actio Empti, (z) ex parte Emptoris adversus Venditorem ejusve hæredes, (a) tam ad præstandos redditus

In Contractu vitalitio datur Actio Empti & Venditi.

G 2

ditus

(y) L. 3. & 6 C. de rescind. vend.

Stryckius in annot. ad Lauterb. Comp. Jur. p. m. 558. exceptionem profert in venditione annuorum reddituum, quam non quidem Emptor bene tamen venditor revocare potest.

(z) L. 11. pr. & §. 13. add. L. 13. §. 25. ff. de Act. Empt. Vend.

(a) L. 47. L. 52. §. 1 ff. cod.

ditus vitales statuto tempore debitos, nec tamen solutos, quam ad omnia illa, quæ ex natura Contractus aut alia æquitatis ratione Emptori debentur. (b) Sic enim, cum mora in pensionibus vitalitiis solvendis à Venditore commissa fuerit, cum ad usuras pensionum teneri, iusta consequentia ex analogia LL. deducitur. (c) Neque eadem Actio Empti mortuo Emptore vitalitii hæredibus suis deneganda erit (d) ad vindicandos census vitales defuncto usque ad ejus obitum adhuc debitos cum omni causa. Caterum venditori quoque (e) ejusque hæredibus actione venditi optime consulitur. Intenditur nimirum ea Contractu Vitalitio perfecto adversus Emptorem ejusve hæredes, (f) primario ad pretium consequendum, secundario ad usuras pretii justo tardius soluti. (g) Pluribus de duplici hac actione Empti & Venditi differere superfluum duxi, cum illius qualitas copiose satis atque eleganter ab infinitis fere auctoribus ob oculos posita sit. (h)

Th. III.

Illud adhuc monendum, si census realis (i) constitutus

Actio confessoria aliquando datur in Contractu vitalitio.

- (b) L. 11. §. 1. ff. de Act. Empt. & vendit.
 (c) Quasi enim Venditor agere potest ad usuras pretii propter moram ab Emptore commissam L. 13. §. 20 ff. de Act. F. & V. L. 13. C. Tit. de A. E. V. L. 5. C. de pact. inter Emptor. & Venditor. quidni Emptor in nostro casu usuras pensionum vitalium post moram venditoris de jure sibi vindicare poterit? præcipuis cum jura contrahentium debeant esse æqualia.
 (d) L. 10. ff. de A. E. V.
 (e) L. 13. §. 19. ff. eodem.
 (f) L. 2. C. de pact. inter Empt. & vend.
 (g) Conf. annot. notata lit. (c) immediate præced. & ibi LL. allegat.
 (h) Conf. omnino Lauterb. Coll. Theor. Pract. Tit. de Act. Empt. & vendit.
 (i) Quando census vitalitius constituitur super certo prædio limitate ad illud.

tus fuerit, competere Emptori actionem realem confessoriam utilem (k) pro jure suo asserendo, adversus quemcunque fundi possessorem, ad exemplum illius, qui servitutis aliasve juris usum vindicat; Accedit, quod quibusdam hujusmodi census realis, servitutis innominatæ nomine veniat, (l) quoniam ceu onus reale, vel instar servitutis rei censuarie inhæret.

Th. IV.

Cæterum cum supra tradiderim, (m) posse reditus vitales non tantum Emptione venditione, sed & aliis titulis comparari, haud inconueniens erit, brevissimis subnectere, quales ex illis constituendi modis oriuntur actiones. Si quidem ex Contractu innominato pensiones vitalitæ debeantur, poterit ille ex contrahentibus, qui alteri satisfecit, vel præscriptis verbis ad implendum contractum agere, vel ad resolutionem contractus urgere, tanquam causa dati causa non secuta, non quidem ex sola & simplici pœnitentia, (n) sed potius ob præstationem ex parte accipientis cessantem, (o) Quodsi mediante stipulatione jus pensionem vitalitiam percipiendi, in aliquem translatum, dabitur stipulanti (p)

Varia actio-
nes dantur
pro varietate
titulorum per
quos reditus
vitales com-
parati sunt.

G 3

Actio

(k) v. Frantzkus var Resol. L. 1. resol. I. n. 61.

(l) Frantzkus l. c. Lib. I. resol. II. n. 121.

(m) v. Thef. 20. S. 1.

(n) de Jure Civili ex capite pœnitentiæ dabatur hæc conditio L. 3 §. 2 & 3. L. 5. pr. ff. de condit. causa dati caus. non secut. Verum in foro hodierno ea vix dabitur ob hanc causam, cum secundum ple-
rorumque DD. opinionem in Contractibus innominatis hodie non
amplius pœnitentiæ locus sit, ob vim pactorum, quam ex moribus
obtinuerunt.

(o) d. l. 3. §. 2.

(p) L. 83 §. 6 ff. de V. O. L. 14. C. de pact. Nov. 1624. c. 1. §. 1.

Actio ex stipulatu seu Condictio certi adversus promissorem, ad præstandos redditus ab ipso promissos, (q) Quum etiam sæpius eveniat, ut legari redditus annui ad vitam difficulter ab hæredibus Testatoris obtineantur, inde pluribus actionibus legatario consulitur v. gr. actione personali ex Testamento, (r) vel actione legatorum, (s) item Actione Hypothecariâ seu quasi Serviana, quæ ex tacita hypotheca à Lege in cæteris rebus hæreditariis constituta oritur, (t) Non immerito quoque quæstio hic moveri poterit, annon donato censu annuo ad dies vitæ donatarii, eidem actio detur adversus donantem ad pensiones donatas præstandas? Et respondeandum, varias quidem actiones dari donatario adversus donantem pro diversitate factæ donationis, (u) ut plurimum tamen Condiotionem ex Lege (x) adhiberi, ad consequendos redditus vitales legitime donatos.

Th. V.

An L. 2. C. de rescind. vend. in Contractu vital. locus?

Ut autem ad nostrum Contractum Vitalitium interveniente Emptione venditione celebrandum revertar,

- (q) Cum hodie pacta super re licita serio & deliberato inita eandem efficaciam habeant, quam solennes stipulationes, regulariter exinde datur Condictio ex moribus. v. Carpov. Part. II, Const. 19 Definit. 17.
- (r) quæ ex quasi contractu oritur arg. §. 5. I. de oblig. quæ ex quasi contractu &c.
- (s) L. 18. §. 1. ff. de Ann. legat.
- (t) L. 1. C. Commun. de legat.
- (u) Si nimirum facta sit mediante stipulatione, aut Contractu inominato. &c.
- (x) L. 35 §. 4. & 5 C. de donat. Novell. 162 c. 1. §. 1. L. un. ff. de Condict. ex L. add. Lauterb. Comp. Jur. T. de donation:

154.

vertar, utilis illa me jubet controversia, an nimirum querelæ enormis læsionis ex L. 2. C. de rescind. vendit. in nostro Contractu locus sit. Illustres sane reperiuntur Icti, remedium d. l. hujusmodi contrahentibus profus denegantes, (y) unde nec ullam læsionem attendendam esse afferunt, etiamsi pretium non commensuratum sit respectu habito ad probabilitatem vitæ, his potissimum nixi rationibus I, quod incertum dubiusque sit in hoc Contractu eventus, nec revera quis ab initio Contractus læsus dici queat. II, Quod contractus tales ab initio sint voluntatis; jam autem volenti non fieri injuriam. (z) III, quod analogia Juris (a) huic sententiæ quammaxime favcat: Verum enim vero hæc DD. opinio adeo simpliciter haud admittenda; Majori enim circa illam opus est circumspectione, quem in finem distinguendum esse arbitror, inter læsionem, quæ ex postfacto supervenit, (b) & quæ ab initio Contractus jam adfuit. (c) Priori enim casu querelam enormis læsionis ex mente LL. cessare sequentibus evincitur argumentis. (d) Quod enim ab initio bene est constitutum, non debet revocari ex superveniente casu, (e) accedit, quod in justo pretio æstimo

-
- (y) v. Stryck. Dissert. de eventu n. 127. Steph. Crat. discept. forens. C. 757. n. 46 ubi adhuc plures allegantur auctores.
- (z) L. 1. §. 5. ff. de injur.
- (a) L. 12. C. de Inoff. Testam. L. 11. C. de Transaction.
- (b) idque vel morte alterius mox post Contractum subsequuta, vel ex vita ejusdem admodum diuturna.
- (c) Si nimirum tempore contractus pretium & pensiones nullam inter se habeant proportionem.
- (d) vid. Lauterb. Coll. Theot. Pract. T. de rescindenda venditione. §. 16.
- (e) L. 25. C. de administrat. Tutor.

mando semper ad initium Contractus respiciendum sit, non ad id quod ex postfacto contingit. (f) Et hæc adeo vera sunt, ut neque Ecclesiæ, neque minoribus aliisque privilegiatis restitutione in integrum succurratur, si post Contractum demum læsio supervenerit, (g)

Th. VI.

Quid juris, si Emptor vitalitii altero post Contractum die violenta morte abripiatur?

Ex hisce facilis decisio, quid juris sit, cum Emptor vitalitii, altero post Contractum die violenta morte abripiatur: Scilicet in puncto juris nullam ipsius hæredibus competere querelam enormis læsionis, quamvis æquitas naturalis suadere videatur venditori vitalitii, ut ipsius defuncti hæredibus aliquam pretii partem restituere debeat.

Th. VII.

Quod si ab initio contractus enormis læsio jam adfuit, tunc omnino admitenda L. 2. C. de rescind. vend.

Ad alterum casum quod attinet, si nimirum læsio enormis ab initio contractus jam adfuit, rectius eorum amplectimur sententias, qui hoc in casu querelam læsionis ultra dimidium admittunt. (h) Neque obstat, quod cum terminus vitæ incertus, vera ratio pretii ad summam pensionum vitalitiarum exacte determinari nequeat, regeritur autem, æstimari illam rationem ex probabilitate contingentia, quæ pro vera computatione assumenda, cum accuratiori carcamus, Dari autem hoc

(f) L. 8, C. de rescind. Vend. circa fin. l. 10. §. ff. de Neg. Gest. l. 12. C. de Inoff. Testam. Gaius l. II. Obs. VIII, n. 3.

(g) Surdus de Aliment. T. IX. Qu. XI. n. 14. & 15. add. omnino Scaec. de Commerc. §. 1. Qu. 1. n. 296. sqq. ubi varia profert exempla Ecclesiarum tali modo læsarum.

(h) Petitur ea, ut vel læsio enormis resarciatur, vel negotium in totum rescindatur y. L. 2. C. de resc. Vend.

hoc remedium duobus in casibus communiter afferitur; (i) si nimirum vel Emptor plus quam duplum veri pretii dederit pro percipiendis pensionibus vitalitiis, vel Venditor minus quam dimidium veri ejusdem pretii acceperit. Non negandum, in utroque hoc casu de jure competere querelam enormis læsionis, verum annon Emptor tum demum eam intendere cum effectu possit, si plus quam duplum veri pretii solverit, merito dubitatur.

Th. VIII.

Hispanorum sententia mihi magis arridet, utpote menti d. l. 2. magis conveniens: Favorabilior ea est Emptori, utpote qui, si dimidiam partem veri pretii ultra illud, & adhuc vel quid minimi amplius præstitit, querelâ enormis læsionis audiendus. Rationes hujus sententiæ brevissimis includam verbis: Fundamenti loco inservit notissima regula Juris, secundum quam jura contrahentium debent esse æqualia. (k) Infertur exinde, quod tam Venditori quam Emptori ob æqualem læsionem remedium d. l. dandum sit; (l) id quod nunquam fit, si terminum permissæ læsionis ex parte Emptoris demum sit duplum

Hispanorum
sententia cir-
ca L. 2. C. de
rescind. vend.
aliis est præ-
stantior.

H

(i) Gail, L. II. Obs. 8. n. 4. Surdus de Alimentis Tit. IX. Qu. XI. n. 29. Covarruv. L. III. C. VII. add. Stryck annot. ad Lauterb. Comp. Jur. Tit. de rescind. vend. ad voc. *requiritur* & *ad dies vitæ* p. m. 547. & 548. (k) L. 6. ff. de pericul. & comm. rei vend.

(l) Ita, si Venditori succurritur, quando ultra dimidium veri pretii læsus est, æquitas etiam postulat, ut Emptor eodem jure gaudeat, si pariter ultra dimidium veri pretii læsus est: e. gr. si verum pretium rei venditæ XVI. Venditor si VII. recipiat pro pretio, IX læsus dicitur, & querelam instituire valet, quidni Emptori etiam si IX læsus sit, puta si XXV dederit pro re vendita valente XVI, ob æqualem hanc læsionem remedium hoc concedendum?

plum veri pretii & aliquantum pluris, unde etiam ejus conditio mediante hac computatione semper evadit deterior, quam venditoris. (m) Præterea, cum in d. l. *minus* pretium dicatur, quando nec dimidia pars veri pretii soluta, ita infallibiliter fluet, *majus* pretium in sensu *L. sumptum*, esse, si plus quam dimidia pars ultra verum pretium præstita sit, & non si duplum veri pretii, & adhuc pluris datum sit. Accedit, quod in d. l. *expresse veri pretii* mentio fiat, inde enim sequitur ad enormem læsionem requiri, ut ultra dimidium *veri pretii* quis læsus sit, illud autem jam contingit, si præter verum pretium aliquid saltem ultra dimidium ejus solvitur, & non tum demum, quando ultra duplum ejusdem adhuc aliquid præstatur. Imo major adhuc militat ratio, ut Emptor citius ad querelam admittendus sit, quam venditor, ille enim non semper verum rei pretium ejusque qualitates scire potest, uti quidem venditor. (n) Tandem secundum communem illam opinionem sequeretur, Emptorem proprie nunquam læsum dici posse ultra dimidium veri pretii, sed semper ultra alterum tantum.

Th. IX.

Exemplum
computandi
enormem
læsionem in
Contractu
Vitalit. ad-
ducitur.

Ut igitur exemplo res declaretur, supponam hominem 76. annorum ementem redditus annuos ad vitam = 100. Verum pretium pro iis percipiendis dandum, sit 456. (o) Si Venditor hos 100 annuos ad dies vitæ Empto-

(m) Emptor enim non si *XXV.* sed si *XXXIII.* dedit demum Actionem d. l. Instituire poterit, atque ita secundum hanc opinionem Venditor ob *IX.* Emptor ob *XVII.* demum audietur.

(n) Carpov. P. II. C. 34. def. 2.

(o) Thef. XVII. S. II.

156.

Emptoris vendat minoris quam 228, enormem læsionem incurret, Emptor vero, si plus quam 684 pro iis solvat. (p) Et his casibus utrique contrahentium competet remedium d. l. 2^{da} propter æqualem læsionem: Cæterum, si quis sciens, (q) aut animo donandi (r) plus solverit, de læsione conqueri nunquam poterit. Reliqua quæ ex Tit. de rescindenda venditione huc applicari possent, utpote haud ita difficilia, mitto, potiora, quæ adhuc consideranda restant, explicaturus.

Th. X.

Et quidem quantum ad ea, quæ Contractui vitalitio contrariantur, observamus eadem illa esse, quæ Emptionem venditionem vel annullant, vel rescindunt. Ita dolus causam dans huic contractui eum reddit ipso jure nullum. (s) Error quoque circa consensum, personam ipsam, mercem & pretium nullitatem inducit. (t) Pariter propter metum, qui in constantem virum cadere potest, rescissioni locus est. (u) Cæterum extinguuntur reditus vitales qualescunque illi sint. I. morte ejus ad cujus vitam constituti sunt, (x) II. Consolidatione

Traduntur hic ea, quæ contractui vital. contrariantur.

H 2 ne

(p) secundum alteram opinionem Emptor demum in hoc casu enormiter læsus dici possit, si plus quam 912. pro 100 annis ad vitam suam solverit.

(q) L. 1. §. 5. ff. de injur. L. 53. de R. J. L. 56. §. 2. ff. de Contr. Empt.

(r) L. 38. ff. de Contr. Empt.

(s) L. 7. pr. ff. de dolo malo. L. 16. §. 1. de Minoribus.

(t) Gror. de Jur. B. & P. L. 2. c. 11. n. 6. L. 9. pr. & §. 2. L. 14. 41. §. 1. ff. de C. E. L. 57. ff. de O. & A.

(u) L. f. C. de his, quæ vimet. causa.

(x) Est enim jus personæ coherens, quod cum persona extinguitur. L. 196. ff. de R. J.

ne, si nimirum Emptor census vitalitii, venditoris hæres existat. III. Sublatis mutuo dissensu mutuis obligationibus, IV. Mortuo venditore absque relictis bonis. (y)

Th. XI,

An perempto fundo pereat census realis ad vitam emptus?

Non immerito autem hac occasione quæri solet, an census realis ad vitam emptus pereat, fundo illo, super quo limitate ad illum constitutus est, perempto. Si quidem absque culpa censum præstantis id contingit, censum simul perire verius duco. Non enim nude saltem obligatus est Venditor census realis, sed Emptori jus vere reale prædio inhærens acquisitum est, cuius virtute ipse illud adversus quemcunque possessorem vindicare valet. (z) Jam autem mercis venditæ periculum esse penes Emptorem, (a) omnibus in confesso est. Ergo, cum in hoc casu res vendita nihil aliud sit, quam jus percipiendi pensiones annuas ex certo prædio, patebit, hoc perempto etiam jus illud extinctum esse. (b)

Th. XII.

Si venditor vitalitii bonis cedit, Emptor census realis in primam classem collocatur.

Quemadmodum autem Emptor census realis hoc periculum sustinere tenetur, ita é contrario variis vicissim ipse gaudet juribus atque prærogativis, præ illis, qui-

(y) Germani dicunt: Wo nichts ist/da hat der Kayser sein Recht verlohren.
(z) Thef 3. S. 11.

(a) §. 3. l. de Empt. Vend. L. 7. pr. ff. de Pericul. & comm. rei vend.

(b) L. 2. ff. de usufructu conf. Lauterb. Coll. Theor. Pract. Tit. de pericul. & comm. rei vend. §. 23. Frantzkius var. Resol. L. I. resol. V. Stryck. Ul. mod. d. Tit. §. 7. Covarruv. var. Resol. L. III. C. 7. no. 5. in fin. Eodem plane modo extinguitur usufructus totali rei interitu pr. I. de usufructu.

quibus venditor personaliter tatum obligatus est ad solvendos redditus vitales. Ita in Concurſu Creditorum ille intuitu census realis tanquam oneris realis prædio ſpecialiter inhærentis, in primam claſſem collocandus (c) ſecundum veriorem DD. opinionem, non autem illi, qui non niſi jus personale habent ad exigendas penſiones annuas ad vitam.

Th. XIII.

Interim his alio modo conſulitur, & quidem mediante cautela ſequenti ſaluberrima. Scilicet in redditibus vitalibus emendis, Emptor, ut de certiori ſolutione eo magis ſecurus ſit, ſemper de hypotheca ſibi proſpicit, inde fit, ut duplex jus, personale ſcil. quod præcipuum, (d) & reale ſ. jus pignoris, quod acceſſorium, in ipſum transferatur, & tamenſi Hypotheca perempta hoc quoque pereat, ſalva tamen ſemper manet obligatio personalis, (e) vi cujus ad præſtandas penſiones adhuc tenetur venditor. Conſtituitur autem hypotheca in Contractu vitalit. caute, ſi nimirum pretium pro percipiendo cenſu vitalitio in ſpecie ea L. detur, ut v. gr. in immobili exinde comparato hypotheca habeatur conſtituta; ſit enim inde, ut talis Emptor cunctis ſimplicibus hypothecariis præcedens inter creditores II^{dam} Claſſem occupantes numeretur. (f) Quodſi autem hoc commode fieri non poſſit, de alia ſpeciali hypotheca ſibi proſpiciat,

Quæ Cautela
adhibenda
Emptori pen-
ſionis vitali-
tæ, ne in
concurſu cre-
ditorum in
ultimas claſ-
ſes colloca-
tur.

H 3

(c) Lauterb. Coll. Theor. Pract. Tit. de reb. authorit. Judic. §. 36. Carpzov. Jurispr. Forenſ. P. I. C. XXVIII. Definit. 54.

(d) Covarruv. var. Reſol. L. III. C. VII. no. 5.

(e) Gail. I. II. Obſ. VII. n. 12. L. 28. ff. de reb. cred. L. 10. C. de O. & A.

(f) Lauterb. Coll. Theor. Pract. Tit. de reb. author. Jud. poſſid. §. 46, 47, 199. L. 7. C. qui potior, in pign. Novell. 97. C. 3.

spiciat, & hoc casu in III^{ti}am Classẽm collocabitur. Denique etiam Emptor electionem habet, an pignoribus datis vel fidejussoribus caveri sibi velit a Venditore pro præstando vitalitio secundum modum conventum: (g) hoc unicum monendum, lucrari Emptorem inter alia ex hypotheca sibi prospecta, actionem hypothecariam, quæ datur ad vindicandam eam à quocunque possessore, donec satisfactum sit, (h)

Th. XIV.

Aliæ adhuc
recensentur
cautelæ in
Contr. Vi-
tal. obser-
vandæ.

Sunt porro & aliæ Cautelæ, quibus non modo Contractui vitalitio majus accedit robur, sed & quibus multæ præventur lites; Hac ratione Contractus vel actus publicis insinuandus, vel scriptura desuper conficienda, ut quovis tempore alter in alterius obligatione probanda paratus sit. Neque inconveniens erit, reservare obitum nonnaturalem, (i) atque in cum casum suis prospicere, de certa quantitate percepti pretii à venditore restituenda, imprimis, cum pretium regulariter secundum probabilitatem mortis naturalis commensurari solet. Quod si denique plures conjunctim reditus vitales emerint, optime contrahentes sibimetipsis consulent,

(g) Fit hoc pari modo, uti legatariis ratione legatorum maxime sub die aut conditione relictorum caveri solet, conf. Tit. ff. ut legator. vel fideicommiss. servand. &c.

(h) §. 7. I. de Action. L. 16, §. 3. ff. de pignor. & hypoth. L. 14. C. de pignor. (i) quamvis omnes morte naturali decedant, intelligitur tamen per hanc mortem non naturalem wann einer nicht auff dem Tobette sein Leben schließt/ sondern außerordentlicher Weis/ zum Exempel/ erschlagen/ erschossen/ erhoben/ erhoffen wird: His casibus Germani dicunt et ist keinẽ natürlichen Todes gestorben. Atque hoc modo milites, nautæ, aliique, qui in perpetuo vitæ discrimine versantur, caute contrahunt.

lent, si quoscunque casus futuros considerantes expresse de jure accrescendi disponant. Plures adhuc cautelas circa Emptionem & Venditionem observandas tradidit Stryckius, (k) ad quem B. L. remitto,

Th. XV.

Hæc de Contractu vitalitio proprie sic dicto dixisse sufficiat, quum tamen alii sæpe Contractus occurrant, specie tantum differentes, operæ pretium me facturum arbitror, si coronidis loco pauca quædam de iis subnectam. Inter omnes autem quamproxime ad nostrum accedit, Contractus ille innominatus, quo quis vel certum pretium, vel alia bona in alterum pleno jure transfert, ea quidem Lege, ut ipse vicissim ab illo alimenta ad dies vitæ, eo quo convenerunt modo accipiat, (l) Germani hunc contractum nominant (Pfrund Rauff) & alimentarios, die Pfründer. Notandum autem sub voce alimentorum non nudum tantum victum & amictum, sed & omnia, quæ ad vitæ humanæ tam naturalis, quam civilis sustentationem necessaria sunt (m) contineri. Hinc dubium non, est quin & facta seu operarum præstationes ab alente sapius hoc nomine requirantur, quæ scil. in fideli cura corporisque provisione (in Pflieg und Wartung) consistunt. (n) Exempla hujus Contractus è longinquo mihi haud petenda, cum in civitate patria, non admodum infrequens sit hujus

Inter omnes contractus vitalitios nostri nullus magis est affinis, quam Emptio & venditio alimentorum, die Pfründer Rauff.

(k) Cautel Contract, tit. de Empr. vend.

(l) Lather de censu L. III. C. 23. n. 125.

(m) Grot. de J. B. & P. L. II. C. 7. n. 4.

(n) quomodo hæc alimenta æstimanda sint videre licet ex Thef. 18. S. II.

hujusmodi contrahendi modus, præprimis, cum ab Hospitali & Orphanotrophio sæpius alimenta ad dies vitæ pro certo pretio (o) vendi soleant. Similiter in pluribus Alsatia pagis frequentiam hujus contractus observare licet. Sæpissime enim rustici senes agriculturam filio unico tradentes, simul omnia bona in eum transferunt, ea Lege, ut ipsis alimenta ad dies vitæ à filio præbeantur. Nonnunquam etiam rustici, si plures ipsis sunt liberi, bona sua inter eos æqualiter dividere solent, reservata tamen certa portione, uni ex liberis, in quem major est fiducia, conferendâ, cum annexa obligatione patrem scil. ad dies vitæ alendi.

Th. XVI.

De contractu
Precariæ.

Cæterum Contractus Precariæ inter Vitalitios haud immerito referri meretur. (p) Concedi nimirum solet mediante hoc Contractu usufructus prædii cujusdam Ecclesiastici plerumque ad dies vitæ accipientis, idque ordinarie remunerationis gratia, ea scil. Lege, ut mortuo eo illud ipsum prædium cum alio ex suis prædiis ad Ecclesiam redeat. (q) Requiritur ad hunc Contractum de Jure Canonico, ut singulis quinquenniis renovatio hujus concessionis petatur. (r) Contractus hic quoad nomen

-
- (o) Pretium hoc plerumque modicum esse solet, quum Dn. Praefecti & Hospitalis & Orphanotrophii hoc ipso ordinario opus charitatis, erga alimentarios contrahentes exhibere soleant.
- (p) Stryck Annot. ad Lauterb. C. J. Tit. si ager vestigialis ad voc. *precarium* p. 230. & Tit. de precario voc. *precaria* p. 923.
- (q) C. 10. qu. 2. c. 2. §. si oconomus & c. 4. Add. Engel. ad J. Canon. L. III. T. XIV.
- (r) Arg. c. 1. X. de precariis.

nomen (s) LL. Civilibus incognitus, non vero quoad rem ipsam. (t) Cæterum in eodem Preciarum contractu observare datur, ut plurimum donationem aut elemosynam erga Ecclesiam factam concurrere ex parte ejus, cui ususfructus prædii Ecclesiastici concessus; ordinarie enim longe plus relinqui solet Ecclesiæ, quam ea attribuit, illa enim tantum usumfructum v. gr. alijus fundi concedit, cum alter proprietatem sui prædii Ecclesiæ conferat.

Th. XVII.

Magnam porro affinitatem cum Contractu Vitalitio Emtio ususfructus. habet ille contrahendi modus, quo quis usumfructum alicujus rei ad dies vitæ suæ à proprietario vel mediante Emptione venditione, (u) vel aliis titulis sibi comparare solet.

Th. XVIII.

Haud immerito quoque ad materiam vitalitii re Pertinet ad hanc materiam aliqua Montium Pietatis species à Venetis inventa. ferri poterit illa Montium Pietatis species à Venetis inventa, quam sequenti modo descriptam dedit Harsdörferus. Montium Pietatis species à Venetis inventa. (x) Mille nimirum homines pecuniam conferunt, quis-

I

(s) Quum cuivis notum sit, quid per precarium denotetur in Jur. Civili, eo ipso insignem differentiam inter precarias & precarium observare licet.

(t) Novell. 7. c. 4. L. 14. C. de SS. Ecclesiis.

(u) L. 8. ff. de pericul. & comm. rei venditæ.

(x) In seinem Schauplatz lehrreicher Geschichten sub Tit. CLXXIV voc. Leben- oder Ley-Häuser.

quisque pro sua portione 100 ducat, ut integra summa efficiat 100000 ducat. Quotannis autem usura quinque totius summae inter conferentes distribuuntur, ita tamen, ut singulis annis portiones deficientium reliquis accrescant. Quo fit, ut denique unicus superstes annuas usuras totius sortis consequatur, ubi tamen notandum, eo defuncto obligationem ad summam integram restituendam simul extinctam esse. In iustitiam huius conventionis hac vice non inquiram, cum factum tantum allegasse mihi sufficiat,

Th. XIX.

Alii Pietatis
Montes ab
Italis inventi
describuntur.

Alia adhuc occurrit inventio Italorum ad redituum vitalium constitutionem propemodum accedens, atque potissimum in civitate Lucensium, Senensium ac Florentinorum usitata; narratur illa à Klockio (y) his verbis. Es sind auch andere Montes Pietatis in sehr vielen Städten Italiæ ange stellt und geordnet/ dergestalt/ daß wann einem Vatter ein junges Töchterlein gebohren wird/ so mag er alsobald/ ob er will/ eine gewisse Summ Geldes/ als hundert Cronen zc. bey demselben arario anlegen/ welches aber keinen Zins trägt. Wann aber die Tochter 18. Jahr alt worden/ so gibt man ihr zehenmahl so viel/ das ist tausend Cronen/ damit sie sich ehrlich bestatten möge/ und hindert auch

(y) de Arario L. II. C. XX. n. 25. add. Lather. de censu L. III. C. XXIII § 10. Ceterum quomodo ararium huiusmodi sub melioribus conditionibus ordinandum sit, exhibuit Georgius Obreshtus in Tract. de Arario liberorum.

auch nicht / ob gleich ihr Vatter in der Zeit bonis cedirt / und verdürbe / dann dieses Geld gehöret der Tochter und sonst niemand zu / stirbt aber die Tochter in der gesetzten Zeit / und hat der Vatter ein anderes Töchterlein / das stehet alsdann nach der Zahl der Jahren an der vorigen Stell; wo nicht / so bleibet das Geld dem gemeinen Seckel oder arario für eigen / und darf sich keine vor 18. Jahren verheurathen.

Th. XX.

Quum supra traditum fuerit, nomen vitalitii dotalitio quoque convenire, (z) paucis nunc disquirendum restat, annon & re ipsa quædam inter illud nostrumque contractum vitalitium intercedat similitudo: Nominatur aliàs hoc Dotalitium (Gallis Douaire) Germanis Leibgeding / Leibzucht / Wittumb. Definitur, quod sit ususfructus certorum bonorum, à marito post mortem suam uxori constitutus, regulariter in compensationem dotis. Dico regulariter, cum pluribus in locis uxor & dotem & dotalitium petere possit, uti de jure Gallico. Consistit etiam sæpius Dotalitium imprimis viduæ nobilis in certis redditibus annuis pecuniariis usque ad obitum viduæ solvendis. Quantitas autem eorum determinari solet secundum pacta & consuetudines seu statuta cujusvis loci: Ita moribus Germaniæ imprimis Saxoniam redditus annui continent dotis duplicatas,

In quibus dotalitium conveniat cum redditibus vitalibus.

I 2

vel

(z) Thef. 7. S. I.

vel etiam quadruplicatas usuras h. e. 10 vel 20 pro Centum (a) Atque in hoc casu optio datur viduæ an dotem repetere, an vero Dotalitio contenta esse velit. (b) Quamobrem hæredes ejus justam conquerendi causam non habebunt, si ipsa citius functa fato, longe minus dote, dotalitii nomine accepit: accedit, quod illa diu superstes ex pensionibus annuis longe majorem quantitatem, quam si dotem repetiisset, lucrari potuisset. Ex his facile colligi arbitror, qualis inter dotalitium redditusque nostros vitales intercedat affinitas.

Th. XXI.

De Feudo Soldatæ, de Camera, & Caneva.

Denique non immerito ultimum sibi vindicat locum I. Feudum Soldatæ, quo Dominus Vasallo gratuitam pensionem vitalitiam, ipsi quotannis sub lege fidelitatis præstandam concedit. II. Feudum de Camera, quo mediante (c) redditus pecuniarii vasallo usque ad ejus obitum é Camera vel Arario Domini sub conditione fidei & servitorum præstantur, Germanis dictum ein Cammerlehen. III. Feudum de Caneva, quod coincidit cum præcedenti, nisi quod in certis redditibus, fructuum, vini, frumenti &c. consistat. Cæterum, quamvis Feudum de Camera & Caneva à Feudo Soldatæ aliquatenus differat, quod scil. hoc gratuitum, atque morte tam dantis quam accipi-

(a) Carpzov P. II. C. XLII. D. 2.
Stryck. Ex. Jur. feud. C. XXI. §. 13.
Horn. Jurisprud. Feud. C. XXI. §. 3.
Heigius. Quæst. Jur. Qu. 27. n. 1.

(b) Carpzov. J. F. P. II. C. XLIV. D. 2. & 3. Stryck. Ex. Jur. Feud. l. c.
(c) v. II, feud. C. 10, in fin.

cupientis finiatur (d) non autem illud, mihi interim sufficiat indigitasse, Feuda hæc Contractui Vitalitio admodum similia.

Th. XXII.

Atque hæc ista sunt, quæ de Themate proposito adumbrare licuit, quamvis facile largiar, me partim ob materiæ amplitudinem, partim ob angustos Dissertationis Academicæ cancellos multa, quæ huc referri debuissent, intacta reliquisse. Neque mireris, B. L. quod hinc inde modos erigendi reditus vitales, quales in Gallia, Anglia, Batavia, Italia, cernere licuit, descriptos dederim, factum illud est data opera, ut qui mediante calculo tradito in eorum justitiam inquirere cupiunt, habeant, in quo sese exercere possint. Quodsi denique hoc quicquid est levium pagellarum serena fronte acceptum iri sperare licebit, illud ex sola B. L. humanitate proficisci, mea facile agnoscat gratitudo.

Epilogus.

TANTUM.

(d) II. feud. C. 10. in fin.

Stryck. Ex. Jur. Feud, C. IV. n. 55. & seq.

A N N E X A.

I.

Quod alimenta masculo aut foeminae usque ad tempus pubertatis legata, illi usque ad decimum octavum, huic ad decimum quartum ætatis annum præstari debeant, aliquo æquitatis defectu laborat.

II.

Sententia illorum, qui liberos juste exhæredatos in computanda legitima pro mortuis habent, revera iniquitatem fovet.

III.

Sexus muliebris immerito passim in Jure Civili avarus declaratur.

IV.

Filia nasci potest ante matrem.

V.

Jure Romano uxor vivente marito habebatur pro vidua, & ex legitimo matrimonio natus pro spurio.

VI.

Venditio illa, quod pretium v. gr. pro singulis amphoris vini venditis, juxta progressionem Geometricam crescere debeat, nullam involvit injustitiam.

E. gr. si pro primâ mensurâ detur obolus, pro secundâ nummus, pro tertiâ duo nummi, pro quartâ quatuor nummi. & sic porro &c.

VII.

Quæritur, ad quem pertineat annulus in pisce vendito ab Emptore inventus, an ad Venditorem, an ad Emptorem? Resp, ad Emptorem.

VIII.

Proxenetæ optimo jure aliquid petere licet propter procurata sponsalia.

Strassburg, Diss., 1723-39


ULB Halle 3
002 491 648



Sl.







B.I.G.

Farbkarte #13

INAUGURALIS
ICA

1728, 2^o

40

ACTU
ITIO,

S AD DIES VITÆ
NTUR,

O DIVINO,
AUTHORITATE
RUM ORDINIS,
ENTINENSIIUM
TATE,
ENTIA

12

E JURE HONORES
ORALIA LEGITIME
ENDI,
RUM CENSURÆ

AN. NICOLAI,
NENS.
CC XXVIII.

c.
S KIRSNERI, Canc. Typ.

